

AD LEGEM CVM

heredes 23. ff. de adquir.  
possessione.

LIBER VNVS.

EST QVE PARERON AD LEGEM

*Si is qui pro emptore 15. ff. de Vfusapioni-*  
*bns nuper declarat am.*

A LICENTIATO D.

BALTHASARE DE PRADO;

PRINCIPATVS CATHALONIÆ

Inquisitore Apostolico, &c.



BARCINONE,

Ex Typographia Antonij Lacavalleria, in  
viâ Bibliothecariâ, anno 1678.

*Superiorum permissu.*

AD REGEM CVM

heredes & f. h. de adu...

possessione

LITER VIVS

ESTRE BARBON AD REGEM

In a...

...

A LICENTIA D.

TALITHASARE DE PRADO

PRINCIPALVS CATHALONIA

Industriae Apolitic...



BARCELONA

In...

VA...

...



AL EXCELENTISSIMO  
SEñOR ALEXANDRO II. DE BOVR-  
nonville, Duque, y Principe de Bournonville, Conde  
de Enin, Baron de Caumont, señor de Tamisia, de  
Boudu, &c. Cavallero de la insigne Orden del Tu-  
son de Oro, Gentilhombre de la Camara del señor  
Emperador Ferdinando III. del Consejo Supremo  
de Guerra de las dos Magestades Cesarea, y  
Catolica, Virey, y Capitan General  
del Principado, y Exercito  
de Cataluña, &c.

Excelentissimo Señor.



L discurso, que à este precede, y a-  
compaña, se dedicava à V.E. en fè de  
que en mi memoria estava presente  
la obligacion que à V. E. confieso:  
desviòle quien tuvo autoridad, y me  
conformè: porque parecia atrevimiento embiar  
de aqui à Sicilia vna poquedad. Pero no quise bus-  
carle Patrono en la tierra, y acudí al cielo, con pro-  
posito de no tomar otro, para este desvelo, y otras  
fatigas, que no han parecido vanas. San Isidoro fue

gran Cavallero, y no me tendrà por menos devoto, porque sea à V. E. muy agradecido. Al tiempo que hazia esta Impression, buelve, ò el comun deseo trae à V. E. à Cataluña, y con tales ansias de ver à V. E. en este gobierno, que cada vno aspira à la myaor demoftracion de su voluntad. No puedo mejor ostentar la mia, que firviendo à V. E. con este parto del entendimiento, que si à lo elevado del assunto, à la novedad de lo discurrido, y desvelo que ha costado, correspõde algun acierto, no será indigno de que V. E. se sirva recibirle con agrado. No le pongo à los pies de V. E. para que V. E. le defienda de murmuradores, que fuera covardia, y desatencion pretender se empleasse contra gente ruin el valor de V. E. que nació para las heroicas proezas, que la Europa admira, y venera, por las famosas campañas, y trofeos de Salfet, y de Triflar, donde V. E. se llevò las aclamaciones del señor Archiduque Leopoldo de Austria, por las sangrientas derotas del Baron de Ossonville, y del Baron de Rosés, por los asedios, y expugnaciõ de Crusnack, y de Dorsten, de Bona, de Rocroix, de Retel, de Roges, de los Fuertes, de la entrada de la Frisia Oriental, sobre los de Hessen, y otras muchas; por las batallas campales de Halleren, y segunda de Nortlingen, donde ganò V. E. catorze cañones de batir, y 30. vanderas; por las de los Generales la Fertè, y Turena, en el asedio de Valenciennes, don-

donde perdieron la mayor parte de fue tropas, muchos cañones, y todo el bagaje; por la de Goltchir, la de Estrasbourg, donde Turena perdió quatro mil hombres, onze estandartes, dos timbales, y muchas vanderas; la memorable de Colmar, donde murió el General enemigo Foucaut; y en otra ocasion sobre Sasback el General Turena; la celebre de Ensisen sobre Argentina; por las defensas de Ham, de Condès contra Turena, y la Fertè; de Valenciennes contra los mismos; y de Strasbourg contra Turena; por los socorros de Meppen contra el Sueco Konigsmarck, de Neus, de Rhenes, de Paderborn, de Oetcher, de Vaser, de la Fortaleza de Limburck; por la expugnacion de los fuertes del Portel en Cataluña, donde solo con señalar V. E. la herida al General de Francia Navalles se divertiò del asedio de Puigcerdá; por la restauracion de Sicilia, quando mas fluctuava con las avenidas del poder de Francia, y Vivone su General no podia contener los vientos á sus vanas esperanças, por hallarse tan superior en gente; pero V. E. le mostrò cõ muchas derrotas, que no es el numero el que vence. Assumpto era este para los Tucidides, y Livios, y aun se embaraçarian en retocarle con perfeccion: porque *Parva adhuc sunt dicta munerum tuorum: nam magnitudo stuporis locum multis plausibus non reliquit.* Pero restituyendome à este tratado, quisiera, Señor, presentarle

Simach.  
lib. 10.  
cap. 22.

à V. E. exempto de interesses propios , y solo en testimonio de mi voluntad , pero son inseparables accidentes la gloria que se me sigue de ser conocido por accepto à V. E. y el consuelo de que si estuviere escrito con felicidad , lo sabrà V. E. comprehendere , y honrar , pues no desdice à los mayores Capitanes saber derechos. Muchas vezes orò Julio Cesar en el Senado; y de el dize Plinio , que excediò en la elegancia al valor : y no lo desmienten sus Comentarios , y los que à V. E. conocemos , tenemos experiencia de que V. E. es el primero Capitan que ay en el mundo en saber de todo con excelencia , que en otra manera este obsequio mas fuera impertinencia , que atencion. Y porque no sea mayor la Dedicatoria que el libro , digo con Casiodoro , que el nombre de Alexandro , que tan gloriosamente llena V. E. con sus acciones , es el mas Rhetorico Geroglifico de los meritos de V. E. *Grata sunt omnino nomina , que designant protinus actiones , quando tota ambiguitas audiendi tollitur , ubi in vocabulo concluditur , quid geratur.* Guarde Dios à V. E. con toda felicidad.

Lib. 6.  
epist. 7.

Excelentissimo Señor,

B. L. M. de V. E.

Su Capellan

Lic. D. Baltassar de Prado.

CEN-

*CENSUR A R. P. FRANCISCI DE POCH,  
Societatis Iesu, Qualificatoris S. Tribunalis In-  
quisitionis, & Examinatoris Synodalis Diocce-  
si Barcinonensis.*

**F**AVSTISSIMA fortunâ, seu potius gloriosa præ-  
rogativa commissum mihi videtur ius censoris,  
per Illustrissimum, & Reverendissimum Domi-  
num Don Alphonsum de Sotomaior, Archiepis-  
copum Episcopum dignissimum Diocesis Barci-  
nonensis, in librum vnum ad *L. Cum heredes, ff. de  
adquir. possess.* perpulchrè concatenatum cum altero singu-  
lari à me probato, ad *L. Si is qui pro emptore ff. de usucap.* cu-  
ius Author est Admodum Illustris dominus Don Balthassar  
de Prado, in Principatu nostro Gotholaunico Inquisitore  
Apostolico. Faustissima dixi fortuna, quia cum me Iura  
præscribunt censorem, ipsa eadem Inquisitoris mihi semper  
observanda autoritas debitum silentij cultum indicit.  
Nam utrâque lucubratio possessionis, & hereditatis, iure  
quasi hereditario, Authorem in fastigium, & tutissimam  
possessionem plausus vniuersalis, cuiuspiam bene de Iuris-  
prudencia meriti, sine lite locabit. Quo circa ista decan-  
tata sententia Hilarij, eius magisterio est adscribenda:

*Quidquid ad clausulam eloquutionis adiecero, superfluum poterit  
iudicari. Annuit huic voto Simachus: Superforanei laboris est,  
commendare conspicuos, ut si in Sole facem præferam, & accen-  
su luminum, claritudinem diei gestiam adiuvare.*

Diu latenti, ob modestiam suam, Authoris famæ, in  
adeò iniucundo Iurisperitis silentio, querulum Philonem  
Hebræum, mihi videtur occivisse: *Vera bona ex se ipsis, na-  
turalitèr vocem mittunt, etiam si sileant. Nam nec Sol, nec Lu-  
na, opus habent interprete, qui nos doceat, ab altero interdum, ab*

*Hila-  
rius a-  
tad sur.  
10m. 11  
Simach.  
lib 6. e-  
pist. 27.*

*Philo  
Hob. de  
sacrific.  
Abel.*

altero noctu, mundam uniuersam illustrari: sed ipsi suo splendore, faciunt oculis absque teste. Quid aptius dici, leu excogitari poterat, quo utriusq; lucubrationis subtilitas, gravitas argumenti, & solidum Authoris iudicium, adrutinam censeretur? Equidem nobishodie novus Sol oritur in obscuriori Iuris Civilis Hemispherio, quo maiores difficultatum nebulæ, clarissimis rationum radijs illustrantur: quo densiores aduersantium argumentorum tenebræ, perlucidis solutionum splendoribus, disparent, evanescunt, dissipantur.

Vincent.  
Lirinens.  
c. 27. cõ  
tra har.

Meritò ergo ad tantum virum, mirabundus loquitur Vincentius Lirinensis: O Tractator! ô Doctor! Intel ligatur te exponente, illustrius; quod antea obscurius credebatur. Perte, posteritas in intellectum gratuletur, quod ante vetustas non intellectum venerabatur: ut cum dicas novè, non dicas novis. Aurea sanè verba, germana liquidem eorum, quæ attigerat ipse Lyrinensis, sic scribens: Ingenio tam gravi, ac vehementi excelluit, ut nihil sibi ad propugnandum proposuit, quod non aut acumine irruerit, aut pondere eliserit. Cuius tot penè verba, quot sententiæ; tot sensus, tot victoriæ.

Vincent.  
Lirin. c.  
27.

Plinius  
pist. 22

Non dissimili stylo videtur Plinius, nostrum delineasse, Authorem, æternitati celebraturus monumento: Nihil est enim gravius, nihil doctius. Quam peritus illa, & privati Iuris, & publici! Quantum rerum! Quantum exemplorum! Quantum antiquitatis tenet! Nihil est enim, quod discere velis, quod ille docere non possit. Huc sisto cum Seneca: Ulterius sine vlla assentatoris umbra dicturus si Panegyrista constituerer, & non censor.

Seneca  
l. 4. c. 3.

Vnde totam utriusque lucubrationis censuram, verendam iudico, in ipsius Authoris excellentiam, generalem scholarum applausum, in notissimum omnium perfectum, in præclaram Iurisprudentiæ gloriam, & in debitum fidei Catholicæ obsequium. Sic assentior, inni-

xus Cassiodoro, ipsius iudicium in simili libro podera- <sup>Cassiod.</sup>  
turus: Neque enim fieri poterat, ut quem tantus Author produ- <sup>l. 9. epi.</sup>  
xerat, sententia nostra in eo corrigendum, aliquid inveniret. <sup>22.</sup>  
Barcinone in Collegio Bethlehemitico Societatis Iesy, die  
4. Augusti anno 1678.

*Franciscus de Poch.*

Die 4. Augusti 1678.  
IMPRIMATUR.

Sic provisum fuit per Illustrissimum, & Reverendissi-  
mum Dominum Archiepiscopum Episcopum  
Barcinonensem.

Doct. Isidorus Bertran Presb. Secret.

**M**ANDATO Domini mei Nobilis Iosephi de Rull, Regentis Regiam Cancellariam in hoc nostro Principatu Cathalonix, vidi libens, & legi libentius explicationem textus in *L. Cum heredes 23. ff. de acquir. vel admit. possess.* (& antea iam impressum tractatum ad *L. Si is qui pro emptore. ff. de usucap. & usurpation.*) quam aptè concinavit D. D. Balthassar de Prado, Canonicus Ecclesiæ S. Isidori Legionensis, olim Inquisitor Maioricarum, nunc vigilantissimus Inquisitor Cathalonix, & ita me, & res ipsa, & scriptio, & iudicium trahebāt, vt cum magno Basilio *Epist. 39.* proferre audeam: *Accepi librum, & summoperè delectatus sum, propterea quod refectus est sententijs, ac contrariorum obiectiones, & responsiones illis subiectas, non confusè, sed recto ordine digestus habet, & miror doctissimum tot negotijs occupatum tempus, & otium habuisse ad tam novum, & prodigiosum ingenij partum, quod merito laudat Iustus Lipsius cent. 3. ac ponderat: Hoc magis, quod à te scripta, idest, viro loci generisque dignitate inter Principes in assidujs occupationibus, vt concipere, vel conari & alia admirationem habeat. Quid sic agere, quasi hoc vnum ageres, & semper egisses. In hoc tractatu plura, quæ nõdum ad nos venerunt auctor scribit, simulque docet, idè secutus est doctrinam Baldi in Præudio feudorum colum. 1. Quod qui in disciplina aliqua diutius laboraverunt adstringuntur ex professionis debito, quæ mente conce-*

*perine*

*perint instar seminis in lucem prodere, quoniam sapientia abscondita, & thesaurus invisus: que utilitas in vtrisque. Interrogat Ecclesiasticus cap. 42. vers. 17. Ideò auctorem ad prosecutionem instare debemus, vt frequentèr siciliat pratum sui fœcundissimi ingenij, quia varijs delectamus, vt dicit Petronius Arbitr in Satyr. fol. 80.*

*Inveniat quod quisque velit, non omnibus vnum est*

*Quod placet; Hic spinas colligit: Ille rosas.*

Nihil in opere contra Regalem iurisdictionem inveni ob quod ad commune, & publicum bonum posse typis mandari existimo, si Nobili Regenti Cancellariam Regiam videbitur. Barcinone die 22. Iunij 1678.

*Dott. Vicentius Sabater*

Die 22. Iunij 1678.

IMPRIMATUR.

*Rull Regens*

# Leges novitèr explicatæ.

## Ex Digestis.

- L. 1. §. 1. ff. de R. D. pag. 17. num. 59. pag. 21. num. 104.  
L. 1. ff. Quod cur. vnic. nom. & c. p. 69. à num. 272.  
L. Dum proferre 27. §. 1. ff. de Recep. Arb. pag. 56. num. 223.  
L. Arbitr. 40. eo. tit. ibid.  
L. Non distinguemus, §. sed se heredis, eo. tit. pag. 56. num. 225.  
L. Ait prætor 23. §. hi planè, ff. ex quib. cau. ma. c. pag. 65. nu. 262.  
L. Cum miles 30. eo. tit. pag. 38. num. 165. pag. 50. n. 208. pag. 52. num. 215.  
L. Hereditas 50. ff. de pet. hered. pag. 13. nu. 61. p. 2. nu. 106. pag. 78. num. 291.  
L. 13. §. si servus heredit ff. ad l. Aquil. pag. 11. num. 51. pag. 19. num. 97. pag. 39. num. 168.  
L. Ob id 43. eod. tit. ibidem.  
L. Si ante aditam 15. ff. de inter. in in. fac. ibid. m.  
L. Si hereditatem 32. ff. mandat. pag. 101. num. 357.  
L. Inter causas 26. eod. tit. pag. 56. num. 224.  
§. Morre eius l. ibidem.  
L. Si præcedente 58. eod. tit. ibid.  
L. 1. ff. de hered. vel act. vend. pag. 16. num. 79. p. 27. num. 179.  
L. 4. ff. locati, pag. 57. num. 223.  
L. Sed addes 15. §. 8. ibidem.  
L. Cum in plures 60. §. 1. ibidem.  
L. 3. ff. de cu. ac. furr. pag. 211.  
L. 6. ff. Qui test. fac. poss. part. 100. num. 355.  
L. Non minus 31. §. vn. ff. de hered. instit. pag. 12. num. 57. pag. 21. nu. 103. pag. nu. 169.  
L. Sed si plures 10. §. 2. ff. de vulg. pag. 89. num. 237.  
L. More 8. ff. de acquir. her. pag. 101. 357.  
L. Gerit 88. eod. tit. pag. 37. num. 161. pag. 52. num. 225.  
L. Per Procuratorem 90. eod. tit. pag. 89. num. 327.

- L. Legatum 116. §. seruo, ff. delegat. 1. pag. 11. num. 43 pag. 98.  
p. 33. num. 147.
- L. Si Titio 55. §. 2. ff. de legat. 2. pag. 11. num. 51. pag. 19. num.  
97. pag. 38. num. 168.
- L. Vnum ex fam. 67. §. 1. eod. tit. pag. 91. 33.
- L. Quasitum 78. §. illud fortè. ff. de legat. 3. pag. 78. num. 303.
- L. 5. ff. ad l. Falcid. pag. 101. nu. 359.
- L. 18. ff. eod. tit. pag. 85. num. 315.  
§. eius leg. ibid.
- L. In ratione 34 eod. tit. pag. 26. num. 128.
- L. In quantitate 72. ff. eod. tit. ibidem.
- L. 5. §. 20. vers. certè, ff. ut in posses. legat. pag. 45. num. 186.
- L. 1. ad S. C. Trebel. pag. 90. num. 330.  
§. 1. Cum concord. ibidem.
- L. 4. ff. eod. tit. pag. 101. num. 357.
- L. Hereditas 34. ff. de adquir. rer. dom. pag. 12. num. 57. pag. 21. nu.  
103. pag. 40. num. 169.
- L. Hereditas 62. ff. eod. tit. pag. 11. num. 51. pag. 19. num. 97.
- L. Pomponius 13. §. non autem. ff. de adquir. posses. pag. 35. nu. 166.  
pag. 50. num. 208. pag. 52. nu. 215.
- L. Is qui pro emptore 15. ff. eod. tit. pag. 11. num. pag. 19. num. 98.  
pag. 33. n. 147.
- L. Possessio 20. ff. eod. tit. pag. 60. num. 2237. pag. 11. nu. 53. pag.  
19.
- L. Heres 22. ibidem.
- L. Rerum mixtura 30. ff. eod. tit. pag. 69. nu. 272. ad 287.
- L. 44. §. nondum, eod. tit. pag. 61. num. 551.
- L. 1. ff. de separat. pag. 89. num. 327.
- L. 1. §. 1. ff. Quor. bonor. pag. 54. nu. 220.
- L. Denique 13. §. Quasitum. ff. quod vi, aut clam. pag. 11. nu. 51.  
pag. 19. num. 97. pag. 39. num. 138.
- L. Si seruus 18. ff. de stip. serv. 85. à num. 315.
- L. Seruus 35. eod. tit. pag. 11. nu. 51. pag. 19. nu. 97. pag. 39. n. 147.

- L. Novatio 24. ff. de novat pag. 12. num. pag. 21. num. 103. pag. 40.  
num. 169.
- L. 1. §. 1. Si is quo testam. lib. &c. pag. 11. num. 51. pag. 19. nu. 97.  
pag. 39. num. 168.
- L. 1. ff. expil. hered. pag. 54. num. 219.
- L. 3. ff. eod. tit. ibid.
- L. fin. ff. eo tit. pag. 39. num. 168. pag. 40. num. 200.
- L. 1. & tit. ff. de coll. & corpor. pag. 69. à num. 272.
- L. Postliminaj §. 1. ff. de capt. pag. num. 240.
- L. In bello 12. §. facti, ff. eo tit. pag. 65. nu. 262.
- L. Bona 22. §. qui peculiari, eo tit. ibid.
- L. 119. ff. de v. s. pag. 12. num. 59. pag. 23. num. 114. pag. nu. 128.  
pag. 80. num. 304. pag. 101. num. 57.
- L. 178. §. 1. ff. eo tit. ibidem.
- L. 24. ff. de R. I. pag. 12. num. 57. pag. num. 103. pag. 40. num. 169.  
pag. 53. num. 218.
- L. 62. ff. eo tit. ibidem.

### Ex Codice.

- L. 9. C. de positi pag. 11. num. 51. pag. 19. num. 97. pag. 39. nu. 168.  
L. 11. De locat. & conduct. pag. 55. nu. 222.

### Ex Authenticis.

Authent. de nupt. coll. 8. pag. 55. à num. 222.

### Ex Institutionibus.

- §. Sed & illud, de adopt. pag. 102. num. 360.
- §. Si ab ab hostibus, quib. mo. ius pet sol. pag. 27. num. 130.
- §. 1. De auct. tut. pag. 101. 357.
- §. 2. De reb. corp. & incorp. pag. 12. num. 59. pag. 21. num. 104.  
§. 2.

§. 2. De hered. instit. pag. 11. num. 53. pag. 12. num. 57. pag. 19. num.  
98. 32. num. 147.

§. De pup. subst. pag. 90. num. 330.

§. 1. De fideic. hered. ibidem.

Princip. de stip. serv. pag. 12. num. 57. pag. 21. num. 103. pag. 40.  
num. 169.

§. 10. De locati, & conduct. pag. 56. num. 223.

§. fin. eo tit. pag. 53. num. 225.

## Ex Decretalibus.

Cap. ex parte de arbitris, pag. 56. num. 223.

Cap. fin. eo tit. ibid.

Cap. Cum Martha, de celebrat. Missar. pag. 55. num. 222.

## Ex Libro sexto.

Cap. Si gratiose, de rescript. pag. 56. num. 226.

Cap. Quicumque de heret. pag. 50. num. 205.



## Errata maioris notę.

P. 1. lin. 2. viri, lege veri. Pag. 2. lin. 8. ob, le. ab. Pag. 5. lin. 2. lege  
inbabile. Pag. 7. l. 15. le. à rebus. P. 9. l. 15. l. ens. P. 13. l. 12. le. pro-  
bent. P. 15. l. 3. le. defuncti. P. 16. l. 21. le. suppono. P. 21. l. 4. le.  
Ecclesiam. P. 24. l. 5. l. transibit. Pag. 30. l. 22. post accidentia,  
adde, & non tamen destruuntur si solum in materia subiec-  
tantur, &. P. 42. le. quidam 29. cau. 24. P. 53. l. 11. le. superet,  
& eijciat. P. 61. l. 9. dele potentialem, le. actuaalem. P. 56. l. 18  
sed & hoc. le. sed adde 9. §. 8. P. 75. l. 2. dura, leg. dum l. 16. le.  
Repetamus. P. 78. l. 3. l. artis. P. 82. l. 7. l. arx. l. 12. le. sulphura-  
bium. P. 83. l. pen. le. obviam. P. 90. l. 1. le. esse. P. 96. l. 15. le. scire.



NATURA INGENVIT HOMINI CVPI-  
ditatem viri inveniendi, *Cicer. 2. de Finib.*

*Ad leg. Cum heredes 23. ff. de acquiren. possess.*  
LIBER VNVS.

TEXTVS.

**C**um heredes instituti sumus, adita hereditate, omnia quidem iura ad nos transeunt: possessio autem nisi naturaliter comprehensa ad nos non pertinet.

In his, quae in hostium potestatem pervenerunt, in retinendo iura rerum suarum singulare ius est, corporaliter tamen possessionem amittunt: neque enim possunt videri aliquid possidere, cum ipsi ab alio possideantur: sequitur ergo ut reversis his nova possessione opus sit, etiam si nemo medio tempore res eorum possederit. Sic Iavolenus in l. cum heredes 23. ff. de acquir. hered.

Lex ista immensam, & subtilem continet materiam, partim à doctissimis iuris interpretibus bene tractatam, partim verò non satis perpensam. Etenim, in pelago ferè immenso iuris civilis, nec cuicumque, neque fortè pluribus, etiam valdè ingenio pollentibus omnia rimari licet. Non tamen admiratione caret, quod scopula in quibus

A

omnes



omnes offendunt, minus caveantur. Nos etenim Canonum sacrorum licet professioni dedimus nomen, accipientes à præceptoribus, quod canon sine lege nihil valet, privatim quandoque legali disciplinæ vacavimus, & in hac lege, & alijs, in eandem sententiam allegatis, aliquid latere ab interpretibus non animadversum observavimus.

3 Hoc ergo, ob ipsis incognitum, præstare promittimus, abstinentes à communi vitio aliquorū recentiorum, qui cum sint amanuenses, & ad plurimum scribæ, se pro scriptoribus venditant, simul profitentes aborrere vitium transcribendi.

4 Allegationes DD. omittam, cum eorum doctrinam non probabo: neque enim ad scribendum impellit nos in eos livor, sed assequendæ veritatis amor. In quo etiam mihi consulo. Quis enim stabit pro me, aut sine stomacho leget: si videat vnum Donellum à me reiectum, quanto plus, si etiam Osuald. Cujat. & plures alios?

5 Placita DD. quando fuerit opus, transcribam. Cætera ex propria penu producam. Et, quia materia id expostulat, paraphrasticè agam.

6 Ait lex: *Cum heredes instituti sumus*: Hæc respiciunt, & pertinent ad titulum *de heredibus instituendis, lib. 28. pandect. tit. 4.* nec habeo quid novi profeceram, ideò remitto ad classicos.

Ait

3

Ait lex: *Adita hereditate*: Hic sistendum, & vi- 7  
dendum, quid sit hereditas: etenim, licet à Gaio  
definita in l. *Nihil aliud* 24. ff. de verb. sig. & à Iuliano  
in l. *Hereditas* 6 2. ff. de R. l. & utrobique sub eadem  
verborum conceptione, scilicet, *quod hereditas nihil  
aliud est, quam successio in universum ius, quod defunctus  
habuit.* Adhuc tamen non est clarior definitio, quã  
definitum, propter varia interpretum placita. Non  
enim concordant circa acceptionem verbi *Succes-*  
*sio*, positi loco generis, ut constat ex Donello, &  
Osuald. 6. com. 2. Valentia de adq. her. cap. 1. num. 14.

Mihi non est in animo in omnibus omnia pro- 8  
sequi, sed certiora, vel statuere, vel supponere. Ve-  
rior acceptio est, quod verbum, *Successio*, significet  
rem, quæ succedit, ut benè Barth. Donell. & re-  
centiores, qui optimè hoc expendunt.

Constito in hac definitione, *successionem esse rem,* 9  
quæ succedit. Suboritur quæstio: quæ sit hæc  
res?

Omnes iuris interpretes clamant: leges habere 10  
exosas fictiones, cum non sint aliud, quam falsita-  
tes, & mendacia. Ad quod probandum allegant  
iura, quæ pro allegatis habeamus.

Cæterum, & si hoc sit verissimum, & agnoscant 11  
legum interpretes, non satis est, quin ipsi non de-  
lectentur in fictionibus, taliter, quod pluris ha-  
beatur, qui plus fingit. Ea est conditio veritatis

4.  
apud plures legistas, vt credant multi, obtinuisse  
artem boni, & æqui, si se bonos fictores ostendâr;  
vt inde suspicari liceat, ideò in foro advocatos ra-  
ros experiri amatores veritatis, quia in Academijs  
inter fictiones, falsitates, & mendacia enutriun-  
tur, vnde plurimorum anxietas tota versatur in  
adumbranda veritate.

12. Solemnior autem fictio, quæ pro re magni mo-  
menti à sapientissimis venditur, est illa quam  
vocant, *fictionem hereditatis*, adeò ipsis vtilissima,  
quod si tolleretur, idem esset, ac confundere or-  
dinem vniversi.

13. Sed salva pace, nobis viderur, quod si sublata  
aliquando fuerit, nil aliud futurum, quam tolle-  
re inutiles tractatus, crassos errores, & maximam  
confusionem, quam propter hanc fictionem pa-  
tiuntur, non solum scholares, verumetiam doctis-  
simi præceptores.

14. Quantum autem extollant legistæ hanc fictio-  
nem, animadverti potest ex his, quæ adducit qui-  
dam Auctor satis doctus, & quantum capio, per-  
spicacis ingenij. Inquit ille.

15. *Inter has fictiones à iure introductas, primum sibi ven-  
dicat locum fictio hereditatis. Nam ratio, & æquitas na-  
turalis disclabat, utilitasque publica exigebat, vt, de bo-  
nis labore proprio acquisitis, moriens, qui pro arbitrio dis-  
poneret; (credo esse Mendosum codicem, quo vtor)*

5  
non minus quam inter vivos. Princip inst. de l. fus. Can. Toll.  
eas res industria sua partas, bene de se meritis, aut amicis  
relinquere valeret. l. vel negare, ff. testam. Quema dm. testam.  
aper. l. 1. C. de sacror. Eccl.

Verumtamen, supradicta iuris, aequitatisq; rationi obsta- 16  
bat alia iuris ratio. Nam cum dispositio hac vltima post  
mortem cōferretur, l. 1. ff. de testam. necessario fatendum erat  
conferri illam in tempus habile, & ideò inutilem, invali-  
damque futuram. Argum. l. si ego 9. §. 1. ff. de iur. dot. l. sti-  
chus 39 ff. de M. anum. test. l. quod sponsa, C. de donat. ante  
nupt. cum eo quidem tempore, res de quibus disponebatur, 17  
non in disponentis, sed nullius essent in dominio, primòque  
occupanti acquirenda forent, cum nihil sit eius, qui nullus  
est. Seneca epist. 103. l. 1. §. 1. ff. de R. D. l. 3. in princ. ff. de 18  
pecul. l. demque 13. §. quæstum ff. quod vi, aut clam. Et  
paulò post.

Quo equidem iuris principio resultabat maximum in- 19  
conueniens, & perniciosum communi hominum societati  
malum oriebatur. Quis enim acquireret? quis parta iuri  
curaret? si caderent bona nostra nobiscum, inquit Seneca  
epist. 103. Nec filijs, agnatis, aut amicis, ut par erat, re-  
linqui possent. l. qui tutelam 28. ff. de testam. tut. l. amicis-  
simos 33. ff. de excus. tutor. Sed potius primo occupanti ex-  
traneo forsàn, & malè merito defuncti acquireretur. Quod 20  
morienti luctuosum esset, & triste argum. l. pen. §. matre, &  
vixore, ff. de legaz. 2.

Deinde, si bona cuiusque morientis prada, & rapina oc- 21  
cupar-

cupantium paterent, communis hominum societas (quam leges quietam, tutamque conservare maximè student, l. vi vim, ff. de l. & l.) discordijs, & cadibus turbaretur, & tēpus illud mortis, quod securum, atque tranquillum, tam morienti, quàm illius familia esse oportebat, tumultuosum redderetur, & infidum, fraudibusque, & violentijs plenum.

2 2 Et is igitur malis, ut civilis legislator obviam iret, cumulum illum bonorum, qui post mortem alicuius remanet, in quo actiones, & obligationes, tam actiue, quàm passivæ, & res mobiles, & immobiles continentur, in vnum corpus collegit, & simul personam quandam fictam, & imaginariam induxit, quæ in omne ius defuncti succederet, & intellectu ab ipsis abstracta, & non sensibus, sed mente percepta, defunctum representaret, eiusque locum obtineret: ita ut rerum omnium, quæ defuncti fuerant, dominium, ex mortis instanti nunquam interruptum continuaret, perinde ac si per ipsius hereditatis personam defunctus adhuc vivus censeretur, & res in dominio proprio retineret, l. liber homo 13. §. si servus hereditarius, ff. ad l. Aquil. l. si ante aditam, ff. de interrog. in iu. fac. l. non minus 31. §. 1. ff. de her. inst. l. legatum 116. §. servo, ff. de leg. 1. l. si Titio 55. §. 1. ff. de legat. 2. l. hereditas 34. l. hereditas 62. ff. de adq. rer. dom. l. si is, qui pro emptore 11. in fin. ff. de vsucap. l. mortuus 22. ff. de fidei. l. nihil aliud 24. l. cum hereditas, C. de pos.

2 4 Unde eleganter Papinianus scripsit in l. hereditas 50. ff. de petit. heredit. Hereditatem, etiam sine vlllo corpore, iuris intel-

intellectum habere. Quamvis enim verè, & naturaliter personam, aut corpus hereditas non habeat, cum intellectualis sit, & incorporea, l. 1. §. 1. ff. R. D. Princ. inst. de rer. corpor. & incorpor. Iure tamè civili intellectum corporis habere dicitur, cum personam, corpusque à iure inductum habere intelligatur, & ideò ius, noménque iuris appellatur, l. quoties 9. §. heredes, ff. de her. instit. l. Pecunia 178. §. 1. ff. de v. s. & domina rerum hereditariarum, quas in se continet, censeatur, d. l. lib. homo, §. si servus hereditarius, ff. ad l. Aquil. l. si ante aditam, ff. de interr. in iu. fac. l. non minus 31. §. 1. ff. de her. instit. l. deniq; §. questum, ff. quod ui, aut clam, l. 1. §. 1. ff. si is, qui testam. lib. &c. Ita tamen, ut licet omnes res hereditarias in se comprehendat. l. si vnus 27. §. pen. ff. de pact. l. si quis 7. §. vlt. ff. de excep. rei iud. aerebus tamè ipsi intellectu abstracta, nec ipsa, neq; illi us pars in nulla re singulari propriè intelligatur. l. quànvis 14. ff. si quis om. ca. test. Hac ille. Ex quibus hæ propositiones eliciuntur.

25

26

27

Prima, ex num. 17. Quod hac fictione cessante, bona decedētis essent in nullius dominio, primoq; occupanti adquirendæ forent.

28

Secunda, ex num. 18. Quod hoc probatur ex legibus ibi allegatis, scilicet l. 1. §. 1. ff. de R. D. l. 3. ff. de pecul. l. 13. §. questum, ff. quod vi. aut clam.

29

Tertia, ex num. 19. Quod hac fictione deficiente, non esset qui adquireret, nec, qui parta tueri curaret.

30

Quar-

- 31 Quarta, ex num. 20. Quod non possent bona relinquere filijs, aut agnatis, aut amicis, sed potius extraneo primo occupanti competere.
- 32 Quinta, ex num. 21. Quod bona cuiusq; decedentis prædæ, & rapinæ occupantis paterent, & communis hominum societas discordijs, & cædibus turbaretur.
- 33 Sexta, ex num. 22. Quod his omnibus occursum est à legislatore civili, colligendo cumulum bonorum in vnum corpus, & simul personam quandam fictam, & imaginariam inducendo, quæ in omne ius defuncti succederet, continuaretq; dominium defuncti.
- 34 Septima, ex nu. 23. Quod hoc probatur ex l. 13. §. 2. ff. ad l. Aquil. l. 15. ff. de interrog. in iur. fac. l. 31. §. 1. ff. de her. inst. 116. §. 3. ff. de leg. 3. l. 55. §. 1. ff. de leg. 2. l. 34. l. 62. ff. de adq. rer. dom. l. 15. in fin. ff. de vsucap. l. 22. ff. de fidei. l. 24. ff. de v. s. l. 9. C. depositi, ibi alleg.
- 35 Octava, ex num. 24. Quod etiam hoc probatur ex Papiniano in l. 50. ff. de petit. heredit. ibi allegata.
- 36 Nona, ex num. 25. Quod hereditas, siue hæc res ficta, iure civili intellectum corporis habeat, cum intelligatur habere personam, corpusque à iure inductum, & inde nomen iuris appellatur.
- 37 Decima, ex num. 26. Quod hæc res ficta, dicatur dominia, d. l. 13. §. 2. ad l. Aquil. l. 15. de interrog.

9  
in iur. sac. l. 31. §. 1. ff. de her. instit. l. 13. §. 5. ff. quod vi, aut  
clam. l. 1. §. 1. ff. si is, qui test. liber. &c.

Vndecima, ex num. 27. Quod hereditas distin- 38  
guitur à rebus hereditarijs per abstractionem in-  
tellectus.

Nobis autem hæc alienissima à vera philoso- 39  
phia, quam affectarunt iuris conditores, ut testa-  
tur Ulpianus in l. 1. §. 1. in fin. de l. et l. eorumq; placi-  
tis adversa, iudicamus, & minus digna, quod in  
Academijs audiantur.

Constato, igitur, quod *Successio* in definitione 40  
hereditatis est res, quæ succedit; necessario se-  
quitur hanc rem esse aliquod ens. Inde conse-  
quentè oritur quæstio.

*Utrum hereditas sit ense reale, vel rationis?* 41

Ex intelligentia huius quæstiones, pender co- 42  
gnitio huius rei, tot seculis incognitæ, tot paginis  
tractatæ, numquam verò satis apertæ, vel decla-  
ratæ.

Et videtur *Successionem* hereditatem, siue rem, 43  
quæ succedit, esse ens rationis. Primò: quia est  
fictio, seu res ficta, ut omnes fatentur.

Secundò: quia solum consistit per intellectum, 44  
nec aliam existentiam habet.

Tertiò: quia lex civilis fingit id, quod non est 45  
ad modum entis, quod est propriissimum ens ra-  
tionis.

46 **Quartò** : quia hoc expressè colligitur ex *Va-*  
*conio*, qui pro hac fictione allegatur *lib. 3. Declara-*  
*tion. iur. declar. 48.* vbi sub num. 2. ait : *Nunc videndum*  
*est, quid sit hereditas. Quis autem ignorat, hereditatem ni-*  
*hil aliud esse, quam successionem in vniuersum ius, quod*  
*defunctus habuit tempore mortis. Sed huiusmodi successio-*  
*nem, non homo, sed lex facit. Mortuo enim homine, lex col-*  
*ligit omnia eius iura, & actiones, ex quibus facit quemdam*  
*cumulum. Hinc lex dicit : Nihil aliud est hereditas, quam*  
*successio : Supple tu facta à lege. Et in hunc bonorum cu-*  
*mulum succedit lex suscipiendo omnia defuncti bona. Hac*  
*autem successio facta à lege, vocatur hereditas, qua est, qua-*  
*dam domina bonorum illorum, l. non minus, ff. de her. instit.*

47 **Et postea num. 16.** *Et vt plenius, faciliusque hæc in-*  
*telligantur, rursus dicam. Mortuo aliquo, ciuitas, siue lex*  
*colligit omnia ipsius mortui iura. Horum iurium, tam vi-*  
*litium, quàm directorum, quemdam efficit cumulum, in quem*  
*succeditur à ciuitate, seu à lege, eaque successio est, quædam*  
*quasi puella omnium iurium defuncti domina ; qua à iure*  
*appellata est hereditas. l. nihil aliud, ff. de v. s. Et hoc est,*  
*quod ait lex. Nihil aliud est hereditas, quam successio in*  
*omne ius defuncti : successio, inquam, facta à lege, non ab*  
*homine. Homo, enim multo tempore post succedere potest, vt*  
*refert Barib. in d. l. bona, num. 3. Hæc autem puella, idest,*  
*hereditas, interdum in testamento ab ipso defuncto cuiuspiam*  
*spondetur, interdum à ciuitate, siue à lege defertur, &c.*

48 **Hic, vt vides, adest, siue adsunt entia rationis ;**

verius tamen chimæra. Cum E.G. ex bonis nonagenariæ, vbi sunt armenta, iumenta, pecudes, anfares, gallinæ, arbuſta, vineta, prædia, & alia minutiora, conſingitur illa puella, quæ dicitur hereditas, & deſpondetur.

In his eludendis non ponamus robur. Ad noſtrum propoſitum ſufficit quod ex dictis elicitur, ſucceſſionem, ſive hereditatem eſſe ens rationis ſecundum placita DD. 49

Allegant plura ad hoc probandum, ſed ea non expendunt. Nos bona fide expendemus, quod præ eis facere poteſt. 50

Et primo loco allegatur *l. liber homo 13. §. ſi ſervus hereditarius, ff. ad l. Aquil. cum ſuis concordantibus*, quatenus habent, quod hereditas eſt domina. 51

Quæ leges ita expendi poſſunt. Dominium ſolum perſonæ competere poteſt. Sed dominium competit hereditati. Ergo hereditas eſt perſona. Maiorem fateor veram, ſub diſtinctione, de qua poſtea. Minor eſt textualis, & conſequentia legitima. Sed hereditas non eſt perſona vera. Ergo eſt perſona ficta. 52

Secundò, allegatur *l. legatum 116. §. ſervus, ff. de legat. 1. cum ſuis concordantibus*. 53

Quæ leges ita poſſunt induci. Id quod non eſt perſona vera, & fungitur vice perſonæ, eſt ens ra- 54

tionis, seu persona ficta; sed hereditas non est persona vera, & fungitur vice personæ: Ergo hereditas est ens rationis, siue persona ficta.

55 Potest videri hoc argumentum ex Florentino in d. l. mortuo 22. ff. de fideiuss. vbi ait: *Mortuo reo promittendi, & ante aditam hereditatem fideiussor accipi potest, quia hereditas personæ vice fungitur, sicut municipium, & decuria, & societas.*

56 Sic potest efformari argumentum. Municipiū, decuria, vel societas, non sunt persona vera, sed ficta; sed his comparatur hereditas. Ergo hereditas non est persona vera, sed ficta.

57 Tertiò loco, allegatur l. hereditas 34. cum suis concordantibus, ff. de adquir. rer. dom. quatenus habet, quod hereditas obtinet, vel sustinet locum defuncti.

58 Argumentum ita confici potest. Quod sustinet locum defuncti est ens rationis, siue persona ficta; sed hereditas sustinet locum defuncti. Ergo hereditas est ens rationis.

59 Quartò loco, allegatur l. 1. §. 1. ff. de rer. diu. cum concord. quatenus habent, quod hereditas est res incorporalis.

60 Argumentum ita procedere potest: Quod est incorporale, & concipitur cum corpore, est ens rationis, siue persona ficta, sed hereditas est res incorporalis, & concipitur cum corpore. Ergo est ens rationis.

Quintò

Quintò loco, producitur pro huius partis A- 61  
chile, Papinianus in d. l. s. ff. de petit. hered. cuius ver-  
ba: *Hereditas, etiam sine corpore, iuris intellectum ha-*  
*bet.*

Ex quibus sic argui potest, id quod est sine cor- 62  
pore, & habet iuris intellectum est ens rationis,  
sed hereditas est sine corpore, & habet iuris intel-  
lectum: Ergo hereditas est ens rationis.

Sextò, & vltimo loco allegantur pro hac parte 63  
d. l. 24. ff. de v. s. d. l. 62. ff. de R. l. in quibus habetur  
definitio hereditatis.

Hæ leges, vt probant, ita induci debent. Suc- 64  
cessio, seu res, quæ succedit in vniuersum ius de-  
functi est ens rationis; sed hereditas est res, quæ  
succedit in omne ius defuncti: Ergo hereditas  
est ens rationis.

In contrarium faciunt plura firmiora, meo vi- 65  
deri, & insolubilia. Sed ante quam ea proponamus,  
examinandæ sunt illæ vndecim propositiones, è  
DD. placitis elicita.

Prima propositio ex num. 28. *Quod hac fictions 66*  
*deficiente bona decedentis essent in nullius dominio, primò-*  
*que occupanti acquirenda forent.*

Hæc propositio in se est falsa, vt suo loco di- 67  
cam, pronunc tantum dico, quod nemo cordatus  
philosophus concedet, bona ideò esse in dominio  
alicuius, quia sunt in dominio entis rationis.

Quod

Quod cum sit quid fictum, nullam proportionem habet cum dominio vero.

68 Secunda propositio ex num. 29. Quod prima probatur ex l. 1. §. 1. ff. de R.D. fortè voluit allegare auctor, l. 1. ff. de acquir. rer. dom. iuncta l. 3. ff. de tit. Sed nec illa lege, nec alia probatur d. propositio. Nam id solum probatur illis legibus. Scilicet, id quod nullius est occupanti concedi. Sed prius debebat probari, bona decedentis, deficiente hac fictione, futura fore nullius. Quod non probatur, neque probabitur.

69 Tertia propositio ex num. 30. Quod hac fictione cessante, non esset qui acquireret, nec qui parta tueri curaret.

70 Hæc propositio, nec est digna dialectico parvo. Quomodo ens rationis acquireret? Quomodo parta tueri curabit? Sed de hoc postea.

71 Quarta propositio ex num. 31. Quod cessante hac fictione, bona relinqui non possent filijs, aut agnatis, aut amicis.

72 Hæc propositio quoad filios falsa est, quia inter patrem, & filium non intercedit hereditas, ut omnes fatentur, per text. in l. in suis 11. ff. de liber. & posth. De reliquis postea inutilitas huius fictionis ostendetur.

73 Quinta propositio ex num. 32. Quod bona cuiusque decedentis, prædæ, & rapinæ occupantis paterent.

Hæc

Hæc propositio denotat hereditatem esse Go- 74  
liath, vel Gigantem incantamento bonis defun-  
ctus adhærentem, vel ad instar draconis Hesper-  
tidum custodis de quo Seneca in Hercul. Fur,

*Aurifera vigilis spolia serpentis tullit, &c.*

Et Lucan. lib. 5. Pharsal.

*Aspera, acerba tuens immmani corpore serpens.*

Etenim magis hæc entia conducunt ad custodiam  
quam illa puella à Vaconio excogitata.

Sexta propositio ex num. 33. Quod his damnis 75  
occursum est à legislatore civili, colligendo cu-  
mulum bonorum in vnum corpus, & simul per-  
sonam quandam fictam, & imaginariam indu-  
cendo, &c.

In hac propositione diverso modo se habent 76  
DD. Nam Vaconius *loc. cit.* ait: *Hanc fictionem fieri à*  
*lege*, postea verò dicit, quod hoc facit ciuitas, siue  
lex. Alij verò dicunt hoc facere legislatorem ciui-  
lem.

Sed rogo : Quis fuit civilis legislator statuens 77  
hanc fictionem? Quæ ciuitas eam inducens? Quæ  
lex? Certè omnes leges iuris civilis Roma-  
norum proponuntur nobis cum suis auctoribus.  
Demonstretur lex cum suo auctore inducens hoc  
ens rationis.

Sed quis confingeret, non dico in municipijs, 78  
sed in ciuitatibus? vocentur iudiciū, dialectici, &

requirantur de hac fictione: illam ridebunt. Interpellentur legum professores; (liceat verum loqui.) Certè si bona fide respondeant, maxima eorum pars dicet: se non curam, quid sit terminus, & multò minus, quid ens rationis.

79 Præterea, vel hereditas, seu fictio est constituta ab origine iuris civilis, & est res permanens, vel conficitur in instanti, quo decedit homo. Si dicatur primum: contra, quia tunc daretur hereditas viventis, quod reprobatur Pomponius in *l. 1. ff. de her. vel act. vend.* Si posterius: Quæro: decedente aliquo, in occulto loco, ubi per plures dies ignoratur eius obitus, quis conficit hoc ens rationis? de quo neque ciuitas, neque lex, neque legislator cogitavit?

80 Dicent, eo casu, & omnibus, propter necessitatem legem supplere.

81 Sed contra. Munus conficiendi ens rationis est peculiare humani intellectus, & essentia ens rationis consistit inferi intellectus.

82 Ante enim, vel post operationem intellectus non est ens rationis, ut suppono ex logica, & metaphysica: Ergo lex non potest supplere.

83 Fortè tentabunt respondere: legem induxisse illam fictionem, quam postliminium appellamus, & semel constituta hac fictione à lege, non est necesse ad operandum, quod aliquis intellec-

rus fingat. Lex enim operatur semper, & vbiq̄ue.

Sed contra: lex in specie postliminij nō conficit ens rationis, sicut cōficitur à DD. in hereditate ficta. Etenim diversum est conficere id quod non est ad modum entis, quod faciunt DD. conficiendo illam puellam, quæ non est, ad modum puellæ: Aliud fingere id, quod est ad modum non entis, quod facit lex. Fingit enim, captum non fuisse apud hostes. 84

Deinde si res benè perpendatur, & potiùs rem significatam, quam modum significandi attendamus, prout attendi debet; quando dicit lex, quod fingit: in effectū, qui debet attendi, non est fictio, licet sit in modo significandi. 85

Sed quia hæc reconditoria sunt; nec nobis necessarius hic recursus ad demonstrandam nostram sententiam, pro nunc deueniamus ad alia, & postea de his edisseremus. 86

Et quidem, sequeretur ex hac fictione, quod solum vrentes iure civili Romanorum, vel illud imitantes, gauderent beneficio huius fictionis, & inter illos tantum esset hereditas, quod non solum est falsum, sed etiam hæreticum, vt infra docebo à num. 114. 87

Septima, & octava propositio, ex num. 34. & 35. Quod hoc probatur ex legibus sub n. 23. & 24. allegatis, de quibus dicam aptiori loco. 88

- 89 Nona propositio ex num. 36. Quod hereditas iure civili, & corporis intellectum habeat, cum intelligatur habere corpus, & personam.
- 90 Hæc propositio, quoad corpus est falsa, cum ius civile fateatur esse hereditatē rem incorporalem, ut in locis allegatis; & idem dico, quoad personam.
- 91 Decima propositio ex num. 37. Quod hereditas dicitur domina.
- 92 Hæc propositio improbabilis est, in hoc sensu, quod hereditas, quia est fictio dicatur domina: cum potius eo, quod est, seu dicatur domina, non est fictio.
- 93 Undecima propositio ex num. 38. Quod hereditas distinguitur à rebus hereditarijs per abstractionem intellectus.
- 94 Hæc propositio non est philosophica, quia verum, & fictum, seu ens reale, & rationis distinguuntur formalitèr, & ex natura rei absque operatione intellectus: & si hereditas est, quid fictum, ut dicunt DD. necessario ex rei natura distinguitur à rebus hereditarijs, quæ sunt quid verum, seu reale.
- 95 Deinde Dominus distinguitur à re dominata realitèr, non minus, quam homo à suo equo, & similiter hereditas cum sit domina, debet à rebus dominatis distingui realitèr.

Ex quibus videre licet parùm fundamentalitèr 96  
 versatos DD. in hac materia. Sed ad argumenta  
 ex legibus ab ipsis citatis deueniamus.

Primum argumentum desumitur ex legibus al- 97  
 legatis num. 23. scilicet, *l. liber homo, §. si seruus here-  
 ditarius, ff. ad l. Aquil. l. si ante aditam, ff. de interrog.  
 in iur. fac. l. nõ minus 31. §. 1. ff. de hered. instit. l. si Titio 55.  
 §. 1. ff. de legat. 2. l. hereditas, 34. l. hereditas 62. ff. de adq.  
 rer. dom. & proponitur 52. cui argumento pro nunc  
 respondeo negando maiorem: quia dominium  
 non solum cadit in perso nam, sed etiam compe-  
 tit ei rei, quæ habet vicem personæ. Quare con-  
 cessa minori, negatur consequentia, quia heredi-  
 tas non est persona vera, neque ficta, sed in ali-  
 quibus habet vicem personæ, uti declaratur num.  
 147.*

Secundum argumentum desumitur ex legibus 98  
 allegatis num. 54. & proponitur num. 53. cui argu-  
 mento responderetur negando maiorem: patitur  
 enim instantias inuincibiles: Legatus Papæ fun-  
 gitur vice Papæ, & neque est verus Papa, neque  
 fictus Papa, neque fictio, neque ens rationis. Simi-  
 litèr de Prorege, & de alijs innumeris. Responde-  
 bat quispiam Proregem esse Regem fictum, non  
 malè respondebat; nam alius est mercenarius, al-  
 lius pastor, Ioan. vers. 12. & 13. sed non hoc respon-  
 debat. Item, in Augustissimo Eucharistiæ Sacra-

mento, Corpus, & Sanguis Christi habent vices substantiæ panis, & vini substando accidentibus panis, & vini. Vide Becanum *de Sacram. in specie, cap. 17. qu. 12. num. 2. ver.* Tertiò, & Corpus, & Sanguis Christi non est substantia panis, & vini, neque vera, neque ficta, nec est fictio, aut es rationis.

99 Augmentum autem difficultatis adductum ex d. l. *mortuo 22. ff. de fideiussor.* altiore petit indaginem. Nam videtur illos terminos collectivos, *Municipiũ, decuria, societas*; sicut *populus, civitas, collegium*: denotare ens rationis, siue personam fictam.

100 Mihi autem, ex eo quod scripserit I. C. in illo *tex. Municipium* fungi vice personæ, aliter dicendum videtur: neque illos terminos collectivos significare personam fictam. Et si quispiam concipiat rem significatam per illos terminos ad modum entis rationis, hoc proveniet ex infirmitate intellectus. Nã si illi termini significant quid reale, prout significant, & velit quispiam, confingere ens rationis, non obtinebit, quia ut supra dixi num. 84. ens rationis non est concipere id, quod est ad modum non entis; sed è converso, est confingere id, quod non est ad modum entis. Ex entibus autem realibus non potest confici ens rationis, & si res significata dictis terminis, est ens reale in vanum laborabit, qui ex hoc ente reali velit confingere ens rationis.

Rem autem, significatam dictis terminis, non esse ens rationis, neque fictionem, ostendo ab inconvenienti in hoc termino collectivo *Ecclesia*. Deus autem Ecclesià alloquitur, Ezechiel 16. *vers. 6.* 101

Sed quomodo id accipiendum sit peculiari loco exponemus: pro nunc dicimus, rem significatà hoc termino collectivo *Ecclesia*, eodem modo concipi ac res significatas alijs terminis collectivis. Et si esset impiù, & hæreticù dicere rem significatam hoc termino *Ecclesia* esse ens rationis; esset falsum, & ineptù asserere, esse entia rationis res significatas alijs terminis collectivis. Vide à num. 272. 102

Tertium argumentum desumitur ex allegato num. 57. & proponitur num. 58. cui argumento respondeo negando maiorem, provt negari debet. Patitur enim hanc instantiam heres, & hereditas vnius personæ vice funguntur, *l. heres, 22. ff. de v'sucap.* Heres etiam obtinet locum defuncti, *l. quonies, §. heredes*, cum alijs, & tamen heres non est res ficta, seu fictio. 103

Quartum argumentum desumitur ex allegatis num. 59. & proponitur num. 60. cui argumento respondeo (quidquid sit de maiori propositione) negando minorem. Nam hereditas à lege non consideretur vt corpus. Etsi iuris professores eam considerant vt corpus, malè considerant: sicut Philosophi si considerarent animæ facultates, sive 104

animam separatam à materia, cùm corpore, malè considerarent. Et Metaphysici, si considerarent ens abstractum ab omni materiali, & sensibili cum corpore, malè considerarent.

105 Quintum argumentum desumitur ex l. 50. ff. de pet. her. & proponitur num. 61. Ille text. est Papiniani, & ni fallor, elegantiore[m] continet philosophiam, quam viderint iuris interpretes, de qua speciali loco agendum à num. 291.

106 Sed hic annotandum: verba illa *iuris intellectum*  
 107 *habet*, egere declaratione. Nam vel possunt ita ac-  
 108 cipi, vt activè significant. Et tunc erit sensus fal-  
 109 sus; quia hereditas non intelligit. Vel possunt acci-  
 110 pi, ita vt sit sensus: quod etsi non habeat corpus, tamen sine corpore agnoscat[ur] à iure esse aliquid: & hic sensus meo videri non est in se malus, sed  
 111 credo, adhuc non esse sensum à Papiniano inten-  
 112 tum. Vel possunt accipi, vt vulgò accipiuntur ab in-  
 terpretibus, vt sit sensus, quod etsi hereditas non habeat corpus, fingatur à iure habere corpus, & hic sensus displicet, tum quia usurpare, pro *fin- gere* iuris intellectum habere, ex nullo probato auctore Latinæ linguæ perito colligere potui. Tum quia sententia Papiniani, vt suo loco exponam, non cogit nos, vt in hoc sensu accipiantur. Vel vltimum possunt accipi, sicuti aliqui accipiunt, vt sit sensus, quod & si res hereditariæ non sint cor-

porales, sed consistant in iuribus, & actionibus, quæ sunt incorporalia, etiam intelligatur esse hereditatem. Et tunc sententia Papin. non erit adeò elegans, vt vendidatur à DD. cum scriptum sit in *d. l. 24. ff. de v. s. & l. 6. 2. ff. de R. l. hereditatem esse successionem in iura defuncti, non in corpora; ex quibus apertius, nec in elegantius quàm ex d. l. 50. colligitur hereditatem succedere in incorporalia abstracta a corporibus.*

113

Præterea illud hic examinandum, quod ab interpretibus circumfertur: *hereditatem esse nomen iuris, & expressè num. 19. hereditatem esse nomen iuris civilis, cum à iure ciuili corpus, & personam habere intelligatur. Quod velè ab ipsis de claratum; quia hæc prout iacèt, non solum sunt falsa, sed hæretica. Etenim 27. Num. capite, adest iudicium petitionis hereditatis, non alio iudice, quam ipso Deo. Textus ita habet: Accesserunt autem filia Salphaad, filij Hopher, filij Galaad, filij Machir, filij Manasse, qui fuit filius Ioseph: quarum nomina, Maala, & Noa, & Segla, & Melcha, & Thersa. Steteruntq; coram Moysè, & Eleazaro Sacerdote, & cunctis principibus populi ad ostium tabernaculi fæderis, atq; dixerunt: Pater noster mortuus est in deserto, nec fuit in seditione, qua concitata est contra Dñm sub Core, sed in peccato suo mortuus est: hic non habuit mares filios. Cur tollitur nomen illius de familia sua, quia non habuit filium? Date nobis possessionem inter cognatos patris nostri.*

114

115

Retulitque Moyses causam illarum ad iudicium Domini. Qui dixit ad eum: Iustam rem postulant filiae Salphaad: Da eis possessionem inter cognatos patris sui, & in hereditatem succedant. Ad filios autem Israël loqueris hæc: Homo cum mortuus fuerit absque filio, ad filiam eius transibi hereditas. Si filiam non habuerit, habebit successores fratres suos. Quod & si fratres non fuerint, dabitur hereditatem fratribus patris eius. Sin autem, nec patruos habuerint, dabitur hereditas his, qui proximi sunt.

¶ 116 Moyses natus fuit anno à creatione mundi 2 J. 403. Bellarm. Carrillo, Gordon. in chronologia d. anno. Vixitque 120. annis, Deuter. 34. vers. 7. & post multa secula fuit exauditum nomen Romanorum, etenim Urbis fuit condita anno à creatione 3 J 252. & sic post ortum Moysis 849. annis, ut ex d. Auctorib. probatur. Nec statim ius civile Rom. fuit constitutum: Sed leges 12. Tabul. fuerunt promulgatæ ab Urb. cond. anno 302. iuxta *chronol. Fraymonij* p. 16.

¶ 117 Ex quo textu duo colliguntur. Primùm, esse hæreticum asserere, verbum *hereditas* fuisse adinventum à iure civili Romanorum. Etenim *loc. Num. allegat.* fit eius repetita mentio. Secundum, quod colligitur: hereditatem non esse ens rationis. Etenim esset absurdissimum asserere, Deum cogitasse tunc, vidisse, siue statuisse super ente rationis.

¶ 118 Nec fit satis dicendo: Deum per verbum *hereditas*, significasse bona defuncti, non verò hereditas

ditatem, provt à iure civili Romanorum confin-  
gitur.

Nam respondeo : totam conceptionem iuris 119  
civilis in hoc sistere ; quod *hereditas sit successio in v-*  
*niversum ius defuncti, tam activum, quam passivum.* Hoc  
autem totum continetur in hoc *text. Num.* Nec fa-  
cile creditu, quod Iudæi tantum succederent in  
ius activum defuncti, non etiam in passivum.

Dicebat quispiam : à lege civili insuper fuisse 120  
provisum, fingendo personam hereditatis, qui  
ea iura sustineret, dum adita non fuisset, ne peri-  
rent.

Respondeo : Idem inconveniens erat apud Iu- 121  
dæos, & non legitur Deum Legislatorem induxis-  
se illam fictionem sustinentem iura ne perirent,  
nec credi debet, vel potest, illam induxisse, nec  
quod natura in necessarijs defecerit.

Dicebat alius : Iudæos, ex illa lege à Deo data, 122  
fuisse constitutos heredes necessarios.

Respondeo, hoc gratis dici, etenim nullo iure 123  
probatu. Imò ex eo textu contrarium elicitur, si-  
quidem spontè super hereditate Salphaad con-  
tenderunt.

Deinde, si erant heredes necessarij, iam non da- 124  
retur inter illos hereditas, vt testantur *DD. per l. in*  
*suis 11. ff. de lib. & posthum.* Adde etiam *Genes. cap. 27.*  
*vers. 10.* vbi Sara dixit Abrahamo : *Eijce ancillam, &*

**D** filiura

*filium eius, non enim erit heres filius ancilla cum filio libera.*

125 Sextum, & vltimum argumentum desumitur ex legibus allegat. nu. 53. & proponitur num. 54. Quod argumentum infirmum est, & falsum, nec magis probat, quam hoc: homo est animal; sed animal est fictio: ergo homo est fictio.

126 Ex quibus infertur nullum argumentum efficacè à Dd. produci probans hereditatem esse ens rationis.

127 At verò, hereditatem non esse ens rationis, præter ea, quæ elici possunt ex dictis, alia philosophica, & iuridica possunt deduci hoc probantia, & sit:

128 Primum argumentum. Ens rationis non est capax accidentium realium; sed hereditas est capax accidentium realium: ergo hereditas non est ens rationis. Maior est certa. Consequentia evidēs. Minor probatur. Id quod realitèr minuitur, & augetur, est capax accidentiũ realiũ, sed hereditas minuitur, & augetur; ergo hereditas est capax accidentiũ realiũ. Maior cū consequentia patet. Minor probatur *ex l. in ratione 30. l. in quantitate 72. in Princ. ff. ad leg. Falsid. l. pecuniæ 178. §. 1. vbi Pomponius habet: Hereditas iuris nomen est, quod accessionem, & decessionem, in se recipit; hereditas autem maximè fructibus augetur. Tunc sic: Fructus, quibus hereditas augetur, sunt accidentia realia; ergo hereditas est capax accidē-*  
tium

rium realium ; & per consequens non est ens rationis.

Secundum argumentum: Id quod est in rerum natura, non est ens rationis, sed hereditas est in rerum natura; ergo hereditas non est ens rationis. Mai. prob. ex Div. Thom. *1. p. qu. 16. art. 3. & 1. 2. qu. 8. ad 3.* vbi ait: *Intellectus, illud, quod non est in rerum natura, accipit ut ens in ratione.* Min. prob. ex Pomponio in *l. 1. ff. de her. vel act. ven.* vbi ait: *Si hereditas venierit eius, qui vivit, aut nullus sit, nihil esse acti, quia in rerum natura non sit, quod venierit.* Sed ut probatur in toto illo tit. hereditas de functi potest vendi; ergo hereditas est in rerum natura, & per consequens, non est ens rationis.

129

Dices: si hæc philosophia esset vera, sequeretur, quod, cive capto, non posset ius virtute postliminij eius iura cōservare in suspenso; sed hoc est falsum, & contra *§. si ab hostibus inst. Quib. mod. iur. postl. & tot sit. ff. de capt. & post. rev.* Ergo illud ex quo sequitur. Sequela probatur: iuxta hanc philosophiã accidentia realia non possunt esse sine subiecto reali, sed in philosophia legali possunt esse accidentia realia sine subiecto reali: ut sunt in postliminio; ergo sequeretur, quod postliminium non posset iura captivi servare in suspenso; sed sic est, quod servat postliminium iura captivi ( quæ suppono esse accidentia realia ) in suspenso: Ergo e-

tiam poterit ius civile servare accidentia realia in ente rationis, sive in fictione hereditas, sicut ea servat in fictione postliminij.

131 Hoc argumentum optimum est, non verò insolubile, eius autem solutio pendet ex intelligentia huius textus, quem declaramus, illudque solvemus cum ad propriam sedem eius devenerimus num. 264.

132 Tertium argumentum; Ens rationis solum habet esse, dum est obiectivè in intellectu, seu dum est infieri, & cessante operatione intellectus evanescit, ut suppono ex logica, & metaphysica. Vbi Suar. tom. 2. disp. 51. num. 6. sed ante, & post operationem intellectus datur hereditas, ut patet, ergo hereditas non est ens rationis.

133 Confirmatur, & declaratur: de natura entis rationis est, quod solum sit, quando est infieri, sive quando actu conficitur ab intellectu; ergo lex nō potest facere, quod ante, vel post operationem intellectus consistat ens rationis. Quandoquidem lex non potest tollere naturas rerum.

134 Ex dictis, & alijs, quæ brevitatis causa omittuntur, concluditur; hereditatem non esse ens rationis. Et cum sit res, quæ succedit, & necessario Ens, neque sit ens rationis. Sequitur esse ens reale. Sed quid est hoc ens reale?

## Questionis resolutio.

**D**ico ergo: Hereditatem, sive successionem, 135  
esse cadaver defuncti, sive materiam primam  
in eo latentem.

Priusquam deveniam ab probationem, aliqua 136  
supponenda sunt, & sic:

Primum: Compositum substantiale inesse pro- 137  
ductum, veluti hominem viventem, constare ex  
duobus principijs substantialibus, scilicet mate-  
ria, & forma, vt docetur 1. Physic. cuilibetque  
principio, ex suo conceptu formali, diversa mu-  
nera, seu officia competere; videlicet materiae pri-  
mae, vtpotè purae potentiae, & principio receptivo  
formarum eas recipere: formae autem, sive animae,  
vtpotè principio operativo, agere, sive operari. Li-  
cet enim, tam actiones, quàm passiones tribuan-  
tur toti composito; passiones tamen illud attingunt  
primo, & principaliter ratione materiae, actio-  
nes verò ratione formae.

Secundum suppositum: Quaestionis esse, vtrum 138  
sicut materia prima est receptiva formae substan-  
tialis, sit etiam receptiva formarum accidenta-  
lium, ita taliter, quod accidentia non subiecten-  
tur in anima, neq; in toto composito ex corpore,  
& anima, sed solum in materia prima: de hoc agi-  
gitur

gitur *1. Physic. tex. 81. & seqq. Et 5. Physic. tex. 8. & 1. de gener. tex. 8. Optimè Suar. 1. Metaphysic. disp. 14. sect. 3. præcipuè num. 15.*

139

Tertium: Quæstionis etiam esse; vtrum homine defuncto, seu resoluto, ita resolvatur, vt non tantum anima separetur à corpore, sed etiam accidentia pereant, & alia nova succedant in cadavere. Hanc quæstionē tetigi in Apparatu ad leg. Si is, qui pro emptore, ff. de vsucap. num. 252. sub terminis, quibus eam philosophi disputant *3. Physic. 73. & de gener. tex. 17.* scilicet, *an in corruptione substantiali fiat resolutio vsque ad materiam primam.*

140

Qui dicunt accidentia recipi, sive subiectari in toto cōposito consequentèr asserunt, eo corrupto corrumpi accidentia: qui verò inquirunt, subiectari in materia, consequentèr affirmant, corrupto cōposito, accidentia non corrumpi. Ratio vtriusque clara est, philosophica simul, & iuridica: quia accessorium sequitur naturam sui principalis; etsi accidentia subiectantur in composito, sequitur, quod; eo destructo, vtpotè principali, etiam destruantur accidentia, vtpotè non dependentia à composito, sed tantum à materia, quæ cum composito non corrumpitur, cum sit incorruptibilis, vt docetur *1. Physic.*

141

Consequentèr, asserentes accidentia subiectari in materia prima, dicunt eam non tantum esse

receptivam, sed etiam retentivam formarum. Etenim licet, abstracta à forma, in suo conceptu formali, sive metaphysico, appetat omnes formas, & sit indifferens ad illas; tamen informata, præcipuè anima rationali, quæ est perfectior omnibus formis, quæ recipiuntur in ea, non habet appetitum ad alias, de quo disputatur *1. Physic.*

In hac controversia valdè inter philosophos agitata, nolo me iudicem constituere. Tamen illà supponere est necessarium, quia ex eius notitia pèdet resolutio huius quæstionis. Nam quidquid sit de veritate huius controuersia apud philosophos; tamen in utroque iure necessario supponitur, in corruptione substantiali non fieri resolutionem vsque ad materiam primam, sed in ea solum subiectari accidentia, vt in argumentis pro mea sententia adducendis apparebit.

Quartum suppositum: accidentia, tam absoluta, quàm respectiva esse omnia, quæ possunt adesse, & abesse absque subiecti corruptione. v. g. in homine sunt accidentia absoluta quantitas calor, color, &c. quæ immediatè subiectantur in homine: respectiva sunt res à natura paratæ, vt homini seruiant, & sint in eius potestate. Quæ cum non hæreant actualitèr homini, sed tantum virtualitèr, & per se existant absque inhærentia, dicuntur accidentia respectiva, propter relationem,

ncm,

nem, quam habent ad hominem, cuius gratia sunt creatæ, & in cuius sunt facultate, sive potestate, quæ potestas quæritur ab homine medijs factis à iure probatis, vt in *tit. de acquir. rer. dom. & alibi passim*. Cum autem adquirentur subieciuntur in materia individuali, sicut cætera accidentia absoluta.

¶ 144 Quintum : Quod ex illis duobus principijs, quibus cõstat homo, quodlibet eorũ per se sumptũ non est homo, seu persona. Itaque anima rationalis separata à materia non est homo, neque persona. Similitèr materia separata ab anima rationali, non est homo, neque persona. Quia verò anima per separationẽ non amittit suas facultates, & munera, habetur in quibusdam ad modũ personæ, & est quasi portio personæ, quare Caietan. *in 3. part. qu. 6. art. 3. §. nota secundo*, dixit esse semipersonam. Similitèr materia separata à sua forma habet sua munera, & officia, quæ habebat personata, vt ita dicam, habet enim facultatem recipiendi, & retinendi, & dici potest quasi portio personæ, sive semipersona, vt de anima dixit Caietan.

¶ 145 Sextũ: scire debent legistę quid sit persona; & si de hoc satis nõ dixerõ, aliundè ab eis inquirendũ. Definitur à Boetio communitèr recepto *in lib. de duab. natur.* sic: *Persona est rationalis nature individua substantia.* Estque ex sua natura incommunicabilis,

lis, adeoque repugnat; ut persona alteri communicetur; Quod Verbum divinum assumpsit naturam humanam, eam divinæ personæ realiter vniendo, non tamen assumpsit personam humanam propter repugnantiam, quæ in eo est, quod vna persona alteri vniatur, de quo remitto ad ad Theolog.

His suppositis probo hereditatem, sive successionem secundum philosophiam vtriusque iuris esse cadaver. Vtar hoc verbo pro materia prima in eo latente. 146

Hereditas est, quæ fungitur in aliquibus vice personæ defuncti, sed solum cadaver (præter animam, de qua non est quæstio ad hunc tractatum pertinens) fungitur vice personæ defuncti, ergo cadaver est hereditas. Maior est Florentini in *l. legatum 116. §. seruo, ff. de leg. 1. & l. mortuo 23. ff. de fideius. & Paulo in l. si is, qui pro emptore 15. in fin. ff. de usucap.* Minor probatur, solum cadaver retinet accidentia defuncti, sicut quando erat vivens. Ergo solum cadaver, est successio, sive hereditas defuncti. 147

Confirmatur, & explicatur. Anima rationalis à materia separata, est semipersona, quia habet in quibusdam munera, seu vicem personæ, quæ habebat personata; sed etiam cadaver habet munera, sive vicem, quæ habebat personatum, ergo 148

cadaver, quod habet in quibusdam vicem personæ  
est hereditas.

149 - Secundò probo conclusionem, & virgeo primū  
argumentum. Iuris conditores nullibi scripserunt  
hereditatem esse personam fictā, sed solum quod  
hereditas fungitur vice personæ. Sed non potest  
considerari aliquid fungens vice personæ defun-  
cti, nisi cadaver: ergo cadaver est hereditas. Ma-  
ior est certa, ne ostendent DD. legem vbi heredi-  
tas dicatur persona ficta. Minor ostenditur. Quia  
in homine solū habent vices personæ, materia, &  
forma, seu anima simul sumptæ, ergo extra per-  
sonam, solum possunt remanere illæ vices in ma-  
teria, & forma, cum personalia sint intransmissi-  
bilia. Sed anima, in qua remanent vices personæ,  
non est hereditas, vt suppono: ergo cadaver in  
quo remanent vices personæ est hereditas in phi-  
losophia Iurisconsultorum. Hæc virgentur sexto  
argumento vbi remitto.

150 - Tertiò probo: ex textu à DD. sapius allegatō  
ad probandam personam fictam hereditas, qui  
benè perpensus probat totum contrarium. Scili-  
cet, *l. legatum 116. §. seruo. ff. de leg. 1.* vbi ita habetur:  
*Seruo hereditario rectè legatur, licet ea (hereditas) adita  
non sit: quia hereditas personæ defuncti, qui eam reliquit  
vice fungitur.* Ex quo textu primo sic argumentor.  
Hereditas, quam defunctus reliquit fungitur vice

personæ defuncti, qui eam reliquit, sed defunctus tantum reliquit cadaver, & res hereditarias, quæ non sunt hereditas, vt omnes fatentur, ergo cadaver defuncti est hereditas defuncti. Consequencia est evidens à sufficienti partium enumeratione.

Secundò, ex eodem text. sic argumentor. Defunctus reliquit cadaver, & hoc in bona philosophia fungitur vice personæ defuncti, & nihil aliud præter hoc, sed secundum Florentinum, id, quod reliquit defunctus, & fungitur vice personæ defuncti est hereditas: ergo cadaver, quod reliquit defunctus, & fungitur vice personæ defuncti est hereditas.

Tertiò sic, & contra personam fictam à DD. Hereditas fungitur vice personæ defuncti, qui eam reliquit, sed defunctus non reliquit personam fictam, sed cadaver, quod fungitur vice personæ defuncti; ergo hereditas non est persona ficta, sed est cadaver, quod reliquit defunctus, & fungitur vice personæ defuncti.

Quartò, ex eodem text. & contra personam fictam. Id quod fungitur vice personæ defuncti, est hereditas, quam reliquit defunctus, sed hereditas quam reliquit defunctus, non est persona ficta à DD. Ergo hereditas non est persona ficta.

Quintò, in eandem rem. Fisiones absque ne-

cessitate non sunt inducendæ, vt DD. clamant, & iura : sed non est necesse inducere personam fictā hereditatis ; ergo fictio hereditatis non est admittenda, sed reijcienda. Min. prob. Si aliqua ratione inducēda esset hæc fictio, ea foret, vt sit, quod fungatur vice personæ defuncti, sed defunctus reliquit hereditatē, quæ fungatur vice personæ defuncti ; ergo sine necessitate inducitur à DD. persona ficta, quæ fungatur vice personæ defuncti.

155 Quia argumenta ex hoc text. deducta, meo videri, sunt insolubilia præcludam evasiones, quæ contra ea possunt excogitari. Prima evasio est: Iuriconsultum *in d. l.* per verbum *hereditas* intellexisse res hereditarias, non verò successionem, seu rem quæ succedit. Etenim multoties hereditas accipitur pro rebus hereditarijs, non verò pro hereditate, seu re, quæ succedit.

156 Sed contra : hoc repugnat sententiæ Florentini, qui tractat de hereditate, quatenus est res, quæ fungitur vice personæ defuncti, non verò de rebus hereditarijs, in quas succeditur, & non funguntur vice personæ defuncti. Ergo hæc evasio præelussa.

157 Alia evasio : quod verbum *eam*, quod est relativum, non referatur ad hereditatem, sed ad personam, vt sit sensus, hereditas fungitur vice personæ defuncti, qui *eam*, id est personam reliquit.

Sed

Sed contra: hæc evaluatio infert vim proprietati, & veritati verborum. Nam defunctus non reliquit personam, sed eam amissit, & persona evanuit, verbum autem reliquit denotat aliquid fuisse reliquum, sive relictum, & persona non fuit relictæ, sed amissa. Ergo verbum *eam*, de quo in textu refertur ad hereditatem, non ad personam. 158

Uterius, si verbum *eam*, refertur ad personam eadem erit vis argumenti. Nam tunc erit sensus, quod defunctus reliquit personam, quæ fungatur vice personæ defuncti: ergo si personam reliquit defunctus, non est ficta à lege, civitate, vel legillatore, ut contendunt DD. 159

Addo quod hic sensus est absurdus. Defunctus reliquit personam, quæ fungatur vice personæ. Est etiam falsus, quia persona per mortem non relinquitur, sed desinit esse, vel amittitur. 160

Quartò principalitèr probo meam conclusionem, ex iuribus asserentibus accidentia respectiva iungi hereditati, vel esse penès illam, quæ denotant hereditatem esse quid reale. Et primò est textus in *l. gerit. 28. ff. de hered. instit.* ubi habetur, quod in hereditate est qualis qualis possessio. Tunc sic arguo. Vbi est qualis qualis accidens, est qualis qualis substantia, sed in hereditate est qualis qualis possessio, quæ accidens ens: ergo in hereditate est qualis qualis substantia. Discursus est legitimus, 161

162 & modus loquendi Pauli in illo text. mirabilis.

Nam de materia prima quam statuimus, esse hereditatem, rectissime dicitur esse qualem qualem substantiam, nam vt dixit Div. August. relatus à

163 Suar. 1. metaphysic. disp. 13. sect. 11. in fine: *Materia prima est prope nihil.* Vnde obiter reijcienda venit declaratio DD. asserentium illa verba: *qualis qualis possessio*, accipienda esse de possessione *impropriissima, idest nulla possessione.* Etenim hæc pugnant: *qualis qualis possessio*, & *nulla possessio*: sicut hæc: *qualis qualis substantia*, & *nulla substantia.* Materia prima, & si sit propè nihil, est *qualis qualis substantia*, non *nulla substantia.* In hereditate est *qualis qualis possessio*: ergo hereditas est *qualis qualis substantia*, & non ens rationis, sed cadaver, seu materia prima in eo latens, quæ est ens reale, & *qualis qualis substantia*, & nullû aliud potest assignari, quod sit talis substantia; ergo cadaver est hereditas.

164

165 Confirmatur primò hoc argumentum ex l. cum miles 30. ff. ex à quib. cau. mai. vbi ait Papinianus: *Quod possessio defuncti quasi iuncta descendit ad heredem.* Tunc sic arguo. Possessio defuncti, quasi iuncta descendit ad heredem. Ergo alicui substantiæ fuit quasi iuncta. Nec alia potest assignari, quam cadaver, ergo cadaveri fuit quasi iuncta. Nota obiter verbum *quasi*, sæpissimè denotare proprietatem, vt

Ioan. 1. *Quasi unigeniti à Patre, & notat. in l. omnes populi. ff. de l. et l. et in l. 1. ff. de transact.*

Vndereicienda vis illata dictæ legi 30. repone- 166  
 nendo pro verbo, *possessio*, verbum, *vsucapio*, de quo  
 dixi plenè ad *l. si is, qui pro emptore à num. 466.*

Confirmatur secundò, *ex l. Pomponius 13. §. non* 167  
*autem, ff. de adquir. possess.* vbi dicitur, quod *possessio*  
*testatoris fuit morti iniuncta.* Quæ verba optimè  
 recipiunt hanc declarationem; quod *possessio* tes-  
 tatoris fuit iniuncta cadaveri, vt dict. loc. ostendi  
 à num. 467.

Quintò principalitèr probo conclusionem, *ex* 168  
*iuribus allegatis à DD. sup. num. 51. ex quibus pro-*  
*batur hereditatem esse dominam, contra l. fin. ff.*  
*expil. hered. vbi negatur hereditatem esse dominam.*  
 Quæ iura ita conciliantur, quod hereditas dica-  
 tur, & sit domina potentialis, non verò actualis,  
 quæ conciliatio est vera, & quadrat illis legibus,  
 nam vbi ex materia subiecta sufficit, quod heredi-  
 tas sit domina potentialis, conceditur ipsi domi-  
 nium, vt in *in d. l. non minus, §. 1. cum suis concordan.*  
 Vbi verò requiritur actuale dominium, negatur  
 esse domina, vt in *d. l. fin. ff. expil. hered.* Tunc sic ar-  
 guo. Dominium potentiale, vtpotè accidens po-  
 tentiale, requirit subiectum potentiale, cui inhæ-  
 reat, sed solum cadaver, seu materia prima in eo  
 latens, est tale subiectum potentiale; Ergo cada-  
 veri

veri inhereret dominium potentiale, sed id, in quo hæret dominium potentiale est hereditas. Ergo hereditas est cadaver.

169 Sextò, principalitèr probo conclusionem, & simul confirmo primum, & secundum argumentum adductum pro hac parte *ex l. 34. ff. de adqu. rer. dom. cum suis concord.* Vbi habetur, quod hereditas personam defuncti sustinet. Tunc sic arguo, solum propriè cadaver sustinet personam defuncti: sed id quod sustinet personam defuncti est hereditas. Ergo cadaver est hereditas. Maior in qua est difficultas probatur innumeris exemplis, tum famæ, & honoris: quia cadaveri exhibetur honor, qui viventi, & sæpè sæpiùs maior. Estque honor, & fama inter bona fortunæ princeps, summum, & iucundius bonum; in quo cadaver sustinet personam defuncti, vt videmus in cadaveribus SS. quibus maior honos adhuc, quam viventibus præstatur, & præstare tenemur, vt *in tit. de Reliq. & vener. SS.* docetur. Item proportionabilitèr hunc honorem exhibemus cadaveribus fidelium, quos piè credimus in Dei gratia decessisse. Item inter opera misericordiæ viventibus factæ enumeratur cadaverum sepultura, Tob. 1. 2. & 12. Covar. 2. var. 1. num. 10. Cadaverum cura semper fuit apud omnes gentes, quædam fuerunt magno studio collecta, ingenti pretio redempta, in-

da-

dagata, purgata, honorata, coronata, vestita, ornata, larvata, condita, sepulta in montibus, in speluncis, in sulis, lapidum acervo, nive, glacie, paludibus, alveo fluminis, arboribus, columnis, urbibus, domibus, agro, rure, de quibus aliqua tetigi in *appar. d. legis*, & plurima hic afferre possem. Abstineo tamen, ne distraham mentem legentis.

Tum etiam in dedecore, & infamia sustinet cadaver personam defuncti; quædam enim comburuntur, ut hæreticorum, & sodomitarum, Iul. Clar. *s. sententiar. s. hæresis num. 7. s. S. sodomia num. 4.* & vtrobiq; addentes, & dixi in *d. apparatu à numero 400.* alia sepultura Ecclesiastica privantur, ut excommunicatorum, & eorum, qui mortem sibi consciverunt *cap. ex parte 11. s. cap. sacris 12. eum concord. de sepultur.* Alia secantur in frustra, & suspensa in vijs exponuntur, alia canibus, bestijs, & avibus discerpenda obijciuntur. Iosue *cap. 10. s. 1. Reg. 17. de cadavere Goliath, s. 4. Reg. 9. de cadavere Iezabel. s. Hierem. 22. de cadavere Regis Ioakim: sepultura asini sepelietur putrefactus, s. proiectus extra portas Hierusalem. Vbi D. Hieron. lib. 4. comm. in hoc cap. Pulchrè Propheta, dicit: Sepultura asini eum sepeliendum, ut alijs verbis significet insepultum, hoc est, à bestijs, avibusque lacerandum.*

Si hæc ita sunt, provt verè sunt, & in his acci- 178  
dèribus cadaver sustinet personam defuncti, quid prohibet, quod in alijs personam defuncti susti-

neat? Quid plura? Et quid succedit in locum defuncti, nisi cadaver? & cadaveris, nisi cineres?

- [172] Septimò, principalitèr probo conclusionem. Vbi sunt, vel esse possunt in quibusdã vices personæ, ibi est hereditas, sed, extra animam in cadavere sunt, & esse possunt vices personæ: Ergo in cadavere est hereditas. Maior. probatur *in d. l. legatum 116. §. servo, ff. de leg. 1. cum suis concord.* Minor. probatur: Nam personalitas ex sua natura intrinseca est adeò incommunicabilis, quod Verbum divinum assumpserit naturam humanam, personã verò humanã nõ assumpsit, propter repugnantiam, quæ est in eo, quod duæ personæ realitèr uniantur, vt docent Theol. contra Nestorianorum errorum, & hæresim, de quo *in cap. quid. 29. cau. 4. q. 3. vers. Nestoriani.* Ideòque, quod est vnius personæ, ratione personalitatis ad alium transmitti non potest: ergo solum in cadavere possunt esse vices personæ defuncti, quia & si non sit persona, est quasi portio personæ, siue semipersona, vt dixit Caietan. de anima separata.
- [175] Confirmatur, & declaratur. Non possunt dari duæ personæ ita unitæ, quod vna habeat vicem alterius, quia hoc repugnat naturæ personalitatis, quæ dicit omnimodam incommunicabilitatem; ergo non potest dari persona ficta, quæ sit eadem cum persona vera, ita vt inter illas sit communicatio
- per-

personalis; quia hæc communio personalis repugnat naturæ personalitatis; ergo necessario fatendum est ibi esse hereditatem, vbi solum est illud, quod habet, vel habere potest vicem personæ, sed hoc non est aliud, quam cadaver; ergo hereditas est cadaver.

Ex hac ratione corrigendi sunt penè innumeri DD. asserentes, ius ciuile tribuisse maiorem vim, & efficaciam personæ fictæ hereditatis iacentis repræsentandi defunctum, quam heredi: quia hæc vis, & efficacia non prouenit beneficio iuris ciuilibis, sed ex natura rei: quia cadaver ex natura rei est quasi portio personæ defuncti, secus autem heres.

Ex qua philosophica, & iuridica ratione fluit, quod ipsi optimè statuunt, licet ignorantes verum fundamentum hereditati iacenti communicari multa alia iura, quantumvis personalissima, defuncti, quæ non communicantur heredi. Etenim si hoc volunt elicere ex eo, quod hereditas est persona ficta, malè inferunt. Tractant enim: Vtrum hereditas clerici iacens, gaudeat privilegio clerici, quoad forum, & hereditas minoris, privilegio minoris, & concludunt gaudere.

Imò ex hoc capite desumo octauum principale argumentum. Privilegium canonis est personalissimum; nec quod ego indignus habeo potest a-

179 liquo pacto transmitti in alium, & multo minus  
 in personam fictam: at hoc privilegium remanet  
 in cadavere clerici, & illud percutiens incurrit ex-  
 communicationem, sicut percutiens clericum vi-  
 ventem, vt fatentur à Barb. *relati in can. si quis sua-*  
*dente 17. qu. 14.* & à Thom. Delbene *de imm. Eccles. cap.*  
*2. dab. 4. sect. 3. num. 9.* & nullum contradictorem in-  
 180 veni. Vnde ergo aderit ratio, qua probetur non  
 remanere in cadavere priuilegium fori, sicut re-  
 manet priuilegium canonis? Sed in cadavere re-  
 manet priuilegium canonis. Ergo & cætera priui-  
 legia, & accidentia personalia, & per consequens  
 ibi est hereditas.

181 Præterea: si hæc priuilegia sunt personalissima,  
 prout fatentur DD. melior philosophia est, quod  
 remaneant in cadavere, quod est quasi portio per-  
 sonæ, seu semipersonæ, & verè fungitur in quibus-  
 dam vice personæ, quam quod transeant in per-  
 sonam fictam, in quo adest repugnantia. Tum  
 quod hæc accidentia sunt intransmissibilia, tum  
 quod subiectentur in ente rationis, quod est in-  
 182 capax accidentium realium.

Cum ergo hæc accidentia remaneant in cada-  
 uere, idem dici debet de cæteris, neque diuersa  
 est ratio de alteris, quam de alijs. Imò si res bene  
 perpendatur, difficilius est, quod priuilegium ca-  
 nonis remaneat in cadavere, quam cætera accide-

tia, etenim hoc accidens est spirituale, & minus proportionis habet cum cadavere, quam cætera, quæ non sunt spiritualia. Nec potest dici, quod hoc privilegio canonis gaudet cadaver propter characterem. Tum quod character non recipitur in materia, sed imprimitur in anima, *vt dico in cap. inter corporalia, de transl. Episc.* Tum quia plures hoc privilegio gaudent absque caractere, vt sunt Moniales, & Conuersi, siue Monachi laici.

Nonum principale argumentum, quod hic modus dicendi optimè quadrat menti Iurisconsultorum. Primò, quia nullibi scripserunt hereditatem esse personam fictam, nec locus designari potest in pandectis, vbi fictæ personæ hereditatis mētio fiat.

Secundò, quia illi dicunt hereditatem fungi vice personæ, & nos ostendimus hoc competere cadaveri.

Tertiò, quod ipsi dicunt hereditatem sustinere personam defuncti, & hoc nulli rei magis competit quam cadaveri.

Quartò (quod nos præterijt in apparatu ad *l. si is, qui pro emptore num. 454.*) quod ipsi dicunt, quod hereditas iacet, vt in *l. denique 13. §. quasitum, s. ff. quod vi, aut clam, l. s. §. ver. cert. ff. vt in poss. legat.* quod propriè conuenit cadaveri.

Quintò, quod ipsi hanc rem, quæ succedit, vocant hereditatem, quæ vox est diminutiua, deduc-

cta ab herede, & sic hereditas est quasi parva domina, & hoc rectè quadrat cadaueri, seu materiae primæ, quæ est ferè nihil, vel propè nihil, & sic dominium, quod consideratur in hereditate, est omnium infimum.

881 Sextò, quod ipsi dicunt, esse in hereditate qualem qualem possessionem, quod rectè congruit materiae primæ, quæ est qualis qualis substantia.

189 Septimò, quod ipsi dicunt, esse iniunctam possessionem hereditati, quod etiam rectè quadrat materiae primæ, cui inhaerent accidentia.

190 Octauò, & ultimo, quia cum necessariò, ex supra allatis, hereditas sit ens reale, nullum assignari potest præter cadauer, cui supradicta congruat: alias assignetur; quia fictio esse non potest.

191 Decimum principale argumentum: accidentia respectiva veluti dominium, & possessio defuncti remanent penès hereditatem defuncti, sed hæc sunt accidentia realia. Ergo hereditas est subiectum reale. Maior ab omnibus conceditur, quoad dominium per leges superius allegatas, quoad possessionem verò, est à me probata in d. apparatu, ex l. 88. ff. de hered. instit. l. cum miles 30. ff. quib. ex caus. l. Pompeius, §. non solum, ff. de acquir. possess.

192 Minorem probo ea ratione, qua metaphysici probant, bonitatem in rebus esse aliquid reale. Vide Suar. 1. me-

*aphysic. disput. 10. sect. 1. num. 3.* Videlicet, quod appetitus noster naturaliter tendit in bonum, & si bonitas esset ens rationis, appetitus non ferretur in illam, cum ens rationis nihil sit. At appetitus noster fertur in possessionem, & dominium; ergo possessio, & dominiū est quid reale, consequentia discursus principalis est legitima, scilicet, quod hereditas est subiectum reale. Tunc sic arguo. Ergo hereditas non est persona ficta; ergo est cadaver: quia nullum ens reale potest assignari præter cadaver, cui competat id, quod competit ei rei, quæ dicitur hereditas: alias assignetur.

Sed quia, ut inquit Apost. 1. ad Hebr. *Multifariam, multisque modis Deus olim loquens Patribus in Prophetis, novissimè loquutus est nobis in filio, quem constituit heredem uniuersum.* Et secundum eundem Apost. 9. ad Hebr. *Condidit testamentum, quod sua morte confirmavit, nobisque suam reliquit hereditatem, quæ sunt merita ipsius facientibus eius voluntatem, ut est de lege testamenti, ipseque profitentur se Magistrum, Ioan. 13. vers. 13. & iuxta magn. P. Augustin. tract. 19 in Ioan. Lignum illud, ubi fixa erant membra morientis, etiam cathedra fuit magistri docentis.* Liceat videre utrum aliquid in hac materia nos docuerit ex illo suggestu.

Equidem Christus condidit testamentum, & nos heredes fecit, sed mortuo Christo ubi fuit e-

- ius hereditas? Certè in eius Sacrosancto Corpore,  
 Ioan. 19. vers. 35. habetur: *Sed vnus militum lancea latus*  
 197 *eius aperuit, & continuo exiit sanguis & aqua.* Ex quibus  
 fluxerunt Sacramenta Ecclesiæ, quæ est hereditas  
 Ecclesiæ, per quæ omnia bona nobis proveniunt.  
 Lege DD. factos in hunc locum, præcipuè D. Au-  
 gust. *super tit. Psalm. 44. quem expendo in cap. inter*  
*corporalia num. 46.* Sed adhuc Christo viuento in sa-  
 198 crosancto eius Corpore ipsius merita primario  
 agnoscimus; nam in Augustissimo Eucharistiæ  
 Sacramento ex vi verborum, solû sunt caro, &  
 sanguis Christi. Anima verò, & diuinitas per con-  
 comitantiam. Si ergo in corpore Christi mor-  
 tui remansit eius hereditas; cur non, in cadaveri-  
 bus cæterorum?
- 199 Reijciatur ergo fictio hereditatis, nec amplius  
 paginas fœdet, & remaneat firmû, prout est verû,  
 in philosophia vtriusq; iuris, in corruptione sub-  
 stantiali, non fieri resolutionem vsque ad mate-  
 riam primam, sed in ea remanere accidentia, quæ  
 fuerunt in composito, tam absoluta, quàm res-  
 200 pectiva, hereditatemq; nihil aliud esse quam  
 cadaver, siue materiam primam in eo  
 latentem, & accidentia  
 retinentem.
- Coro

## Corollaria.

**E**X quibus elicitur primò : Dominium p̄tentia-  
 le remanere penès cadaver, & quando negatur 200  
 hereditatem esse dominú, vt in *d.l. fin. ff. expil. hered.*  
 intelligi de dominio actuali, vt suadet materia,  
 quæ tractatur in illo textu.

Elicitur secundò, possessionem potentialem si-  
 militèr in hereditate remanere, vt in iuribus à me 201  
 allegatis supra num. 165. 166. 167. quod etiam pro-  
 batur in hoc textu, què declaramus, & suo loco  
 dicam num. 232. & 271. & quando leges denegant  
 hereditati possessionem accipiendas esse de pos-  
 sessione actuali, vt in *d.l. i. ff. Scavole, ff. si is, qui testam.*  
*lib. 2. c. 2. §. 1. ff. expil. hered.* vt illa iura, & materia,  
 quam tractant, conuincunt, de quo in *d. apparatus*  
*num. 539. ad 558.*

Tertiò : rectè me dixisse in *d.l. si is, qui pro empto-*  
*re num. 194.* tentari posse hereditatē non esse fictio- 202  
 nē, sed plus habere veritatis, quam fictionis. Qui-  
 bus nunc addo; non tantum plus habere veritatis,  
 quam fictionis, sed non habere aliquid fictionis.

Quartò, corrigenda multa, quæ scripsi in illa 203  
 lege, sequendo placita DD. veluti in *apparatu num.*  
*129. 240. 451. 474. & in d.l. num. 187.* & passim tam quo  
 ad personam fictam, quā quoad fictionē, quia nec  
 lex fingit hereditatē, nec personam imaginariam;

nec ullibi probatur, nisi ex DD. placitis, sed de hoc latius ago in observationibus.

204 Quintò : rectè me reprobasse DD. tribuentes plus legi Corneliæ, quàm postliminio circa restitutionem possessionis amissæ captiuitate; quia si actualitas hominis reuersi ab hostibus non potest restituere possessionē amissam, multò minus poterit potentialitas defuncti, quæ est hereditas inducta à *l. Cornelia*, contra *leges 12. tabul.* de quo observa.

205 Sextò : elicitur ratio, propter quam participans cum cadavere excōmunicati, incurrit in excōmunicationem, iuxta *cap. Quicumque de heretic. in 6.* quia in cadavere remanet illa qualitas, vel lepra spiritualis, quæ erat in vivente excommunicato.

206 Sequitur septimò, falsum esse axioma DD. scilicet, quod fictio non habet locū in his, quæ sunt facti, quod probat ex eo, quod hereditas est fictio. & non habet possessionem, quæ est facti, sive factum: quia hereditas, neque est fictio, neque caret possessione potenciali.

207 Sequitur octavò. Vera, & nova ratio, pro pragmaticis docentibus hereditarem clerici, pupilli, & minoris, gaudere privilegio clerici, pupilli, & minoris, quia hæc accidentia remanserunt in eorum hereditate, siue cadavere.

208 Sequitur nonò : hac ratione, vsucapionē secundum

dum iuris, & philosophiæ regulas procedere, & impleri, iacente hereditate: quia substantia possessionis remanet iniuncta hereditati, iniuncta morti, siue cadaveri, *d. l. 30. ff. ex quib. caus. mai. d. l. Pomponius, §. non solum, ff. de adq. possess.*

Sequitur decimò, resolutio illius quæstionis, 209  
quàm tractat Post. *de manutent. observ. ss. à num. 23. An manutentionem possit prætere heres ex possessione defuncti, absque aliqua possessionis apprehensione?* Vbi parùm consequentè loquitur: statuendo regulam, quod non datur heredi manutentio ex possessione defuncti: quia ut ait *num. 26. Possessio defuncti morte fuit extincta, nec continetur in heredes etiam suos.* Postea verò *num. 50. ait: Quod quando turbatio cæpta est hereditate iacente, seu ante illius aditionem, dabitur heredi manutentio nomine hereditatis, quæ dicitur Possidere. Quæ* 210  
non sunt dicta consequentè: nam si dicitur, quod hereditas possidet, non fuit extincta testatoris possessio, sed remansit penès hereditatem necessario ipsa enim non potest incipere possidere.

Igitur in hoc articulo, credo tenendum, quod 211  
si tantum sit turbatio, & non occupatio possessionis, & adsit persona legitima, quæ agat nomine hereditatis, potest obtinere mandatum de manutendo, quia in hereditate est possessio, & sic hoc remedium competit curator hereditatis, qui potest dari ea iacente, & dum heredes deliberant, *l. 8.*

*ff. de cur. fur. at* verò si post aditam hereditatem agat heres, antequam actualem comprehendat possessionem, etiam obtinebit nomine proprio, quia iam habet potentialem possessionem. Etenim ut habetur *in d. S. scauola, in fin.* hereditas in heredem transmittit quod fuit hereditatis; & sic potentialem possessionem. Ceterum si ante aditam hereditatem, vel post aditam, ante comprehensam ab herede actualem possessionem, aliquis non solum turbaverit, sed etiam occupaverit possessionem, hoc remedium non competit curatori, vel heredi, quia per occupationem hereditas desinit possidere, *l. 20. ff. de vsucap.* & hoc remedium non datur nisi possidenti, ut bene advertit Post. *ibidem num. 53.*

213 Sed dices, quæ utilitas heredis in comprehendenda naturaliter possessione? si cum potenciali à nobis statuta habet remedia, quæ actualis possessor.

214 Respondeo primò, hæc remedia à nobis non statui, sed à Dd. qui hanc rem sunt perpensi. Solum enim remouemus repugnantiam, quæ inest eorum modo dicendo.

215 Respondeo secundò; multum heredis interesse an habeat potentialem, an verò actualem possessionem. Si enim tantum habet potentialem, quilibet eam occupans interrumpit vsucapionem, & tollit hoc remedium retinendæ possessionis, *d. l. 20. ff. de vsucap.* vbi generaliter statuit Iavolenus,

usucapionē ita procedere ante aditam hereditatē  
 si ab alio possessio non sit possessa, quia à quocū-  
 que fuerit occupata, perijt possessio habitualis he- 216  
 reditatis, vel heredis antequam comprehendatur.  
 Ratio est: quia possessio potērialis, est debilissima,  
 & vt ait Paulus *in d.l. gerit*, est qualis qualis possessio,  
 & sic superatur à quocumq; actuali possessore. 217  
 Secus evenit in possessione actuali, quia non sufficit  
 quæcumq; occupatio ad hoc, vt antiquus, & actua-  
 lis possessor amittat possessionem, sed necesse est,  
 quod superueniens possessor antiquum, & eiciat  
*l. clam. 6. §. vn. l. 25. §. quod autem, ff. de adq. poss.*

Hinc subsequitur primò: quod si heres, ante- 218  
 quam comprehendat actualitèr possessionē, sciat  
 eam turbari, potest accedendo ad rem heredita-  
 riam repellere turbantem defendendo ne occu-  
 petur, & pereat eius possessio potentialis. Etenim  
 hoc potest quando habet actuale, ea ratione, ne  
 pereat, sicuti dico in obseruat. Quod possidenti  
 concessum; quia sicut vita semel amissa restitui  
 non potest, ita neque possessio. Et cum eadem sit  
 ratio in possessione potentiali, idem ius statui de-  
 bet, *l. illud, ff. ad leg. Aquil.* Hoc bene probatur *in d. l.*  
*24. ff. de v. s. §. in d. l. 62. ff. de R. l.* Nam hereditas suc-  
 cedit *in vniuersum ius defuncti*, & in idem succedit  
 heres adeundo, vt probat *noster text.* Hæc autem  
 iura habuit defunctus, eadē ergo habebit heres.

219

Subsequitur secundò : quod si ante comprehensam actualem possessionem, non tantum sit turbatio, sed etiam occupatio possessionis, non potest heres occupatorem propria auctoritate deijcere: quia per occupationem perijt eius potentialis possessio, nec eadem numero restitui potest: Et cum idem hoc sit statutum in possessione actuali, amissa, *l. 3. §. 9. ff. de vi, & vi arm.* idem statui debet in potenciali.

220

Subsequitur tertio: Quod si ante comprehensam actualem possessionem ab herede, occupetur ab alio, heres non habebit interdictum recuperandæ: sed vel rei vindicatione, vel extra ordinem ager, *l. 1. §. 3. ff. expil. hered.* Quia illud interdictum est propositum odio spoliantium. Non dicitur autem spoliare, qui occupat rem actualiter non possessam, *l. 2. eo tit. expil. hered.* Quod accipiendum sub distinctione. Nam si hereditas vniuersa fuerit occupata, habet heres interdictum. *Quorum bonorum l. 1. §. 1. ff. quorum bonor.* Si autem res singulares, ager heres, vel extra ordinem, aut vindicatione, *d. l. 1. §. 3. ff. expil. hered.*

221

Sequitur vndecimò: ineptè traditam à D. quodam: post aditâ hereditatem, & ante possessionem ab herede comprehensam, remanere imaginem quandam hereditatis, in qua conseruetur vsucapio vsque dum heres comprehendat.  
Quod

55

Quod inde provenit, quod iste D. ordines per sal-  
tum suscepit, & credidit magna confidentia, om-  
nia sciuisse, & non pauci ei crediderunt, & credunt,  
cogitantes, hereditatē gravidari, & hereditatiunc-  
ulas enitti. Veritas autem est, quod possessio po-  
tentialis remanet in hereditate, quæ quidquid e-  
ius fuit transmittit in heredem, per aditionem, *d. l.*  
*1. §. scævola, ff. si is, qui testam. lib. 2. c.*

Sequitur duodecimò intellectus illius axioma- 222  
tis. Mors omnia solvit, *ex authent. de nupt. collat. 8.* in-  
telligendo esse verum de omni actualitate, secus  
verò de potentialitate. Etenim hæc morte non  
solvitur. Neque enim morte omnia desinunt. Ná  
remanet defuncti memoria, fama, exempla, cada-  
uer, ut ait D. Thom. 2. *sentent. qu. 59. art. 5.* & in cada-  
uere accidentia, ut probatum est supra. Hoc enim  
axioma, si aliter accipiatur, non videtur firmum.  
Neque enim voluntas morte solvitur, quin potius  
morte confirmatur, *cap. Cum Mariba, de celebr. Missar.*  
Neque potest dici, nisi gratis, seu potius ineptissi-  
mè, quod lex civilis, mediante illa fictione, confir-  
mat voluntatem post mortem. Tum, quia Apost.  
relatus *in d. cap.* ait morte confirmari, non illa fi-  
ctione, aut lege civili Romanorū. Tum, quia Ver-  
bum Diuinum voluit se nostræ naturæ accom-  
modare, eam suæ Diuinæ Personæ vniendo, quod  
credere debemus, & negare, se accommodare vo-  
luisse

luisse fictionibus iuris civilis Romanorum, seu veterius fictionibus inciuilium interpretum.

- 223 Neque est contra *l. 4 ff. locati*: Quatenus habet locationem, precarijque rogationem ita factam, quoad is, qui eam locasset, dedissetvè vellet, morte eius, qui locauit, tolli. Ex qua lege deducere
- 224 intendunt, voluntatem morte solui. Ad quod etiã potest allegari, quod mandatũ finitur morte mandantis, *l. inter causas 26. l. si precedente 58 ff. mandati, aut mandatarij, d. l. 26. §. morte*, & *§. item si adhuc 10. instit. eo. tit.* vbi vtrumq; probatur. Et quod etiam compromissum morte finitur, siue compromittentium, siue arbitratorum, *l. diem proferre, §. 1. cum concord. l. arbiter 40. ff. de recept. arbit. ca. ex parte, cap. fin. extra. eo. tit.* cũ pluribus alijs adductis à Sebastiano de Medicis hoc tractatu *Mors omnia soluit*. Non, inquam, est contra. Imò in illa *l. 4. ff. locati*. Ratio dubitandi est, quod locatio morte non soluitur. *l. sed & hoc. l. 60. §. 1. ff. l. 11. C. §. fin. instit. d. tit.* Et etiam arbitrium, si fiat in eo heredem mentio, transit ad heredes, *l. non distinguemus, §. sed si heredis. d. cap. fin. eo. tit.* Anima enim, etiam post mortem prorogat imperium.
- 226 Ex quibus videbatur dicendum, in *d. l. 4. ff. locati*, eo, quod locator, vel precario concedens, neutrum reuocasset ante mortem, durare vtrunque post mortem. Ratio decisionis est, non quod
- mors

mors omnia solvit, & quod locatio solvatur morte, quia hoc falsum est, sed natura rei gestæ. Locator, aut precario concedens, in proposito, voluit utrumque revocabile, & per consequens, si ante mortem non revocavit, voluit, quod morte revocaretur; quia si morte non revocaretur, fieret irrevocabile contra voluntatem locatoris, & contra naturam actus ab eo gesti. Itaq; morte locatoris tollitur, quia hoc egit, & voluit locator, ne illa locatio, & illud precariû essent irrevocabilia. Eodem modo intelligo *text. in cap. si gratiose, de rescrip. in 6.* de quo agit Sanch. *8. de matrim. 18. à n. 58.* Argumentum autem de mandato, & compromisso aliâ rationem habet. Etenim in his contemplatur, & intervenit confidentia, & industria personæ, quæ ad heredes non transeût, ut agnoscunt omnes interpretantes illos textus.

Ait Iavolenus: *Adita hereditate: Quid sit aditio,* <sup>227.</sup> *pro herede gestio, cretio, inuenies apud probatos auctores, nec habeo aliquid novi hoc loci addendum. Vide Donel. & Osuald. lib. 7. comment. cap. 8.*

Ait Iavolen. *Omnia quidẽ iura ad nos transeunt.* Hic DD. introducunt illam omnimodam necessitatẽ inducendę fictionis hereditatis, quæ retineat hæc iura, ne pereant, ut aditione transeant ad heredes. Item ministerium legis, ut seruet voluntatem defuncti post mortem, alias, inquirunt, non posset fic-

ri huiusmodi iurium translatio, cum ad hoc sit necessaria, voluntas, & potestas transferentis tempore quo fit translatio. Dicunt enim, quod remoto legis hoc ministerio, dispositio testatoris, conferretur in tempus inhabile, scilicet post mortem, quando bona, de quibus disponitur, semota fictione, essent in nullius bonis. Quæ omnia, meo videri, sunt involucra, & somnia. Quid habet fictio cum voluntate testatoris? Fictio in eorum sententia retinet dominium, non voluntatem: Ergo nihil pordest ad seruandam voluntatem. Dicunt seruat dominium, & lex præstat voluntati durationem post mortem. Sed contra, si naturalitèr morte soluitur voluntas, vt ipsi affirmant, quomodo lex contra naturam operabitur. Præterea D. Paulus agens de testamento Christi, ait mortem fuisse confirmatum, sicut testamenta cæterorum, & esset ineptissimum credere ius civile confirmasse post mortem voluntatem Christi. Ipsi etenim dicunt hereditatem, quin, & testamentum esse iuris civilis. Et si dicunt esse iuris gentium vnde hoc probabunt? Si autem esse legis naturæ, quod fortè veri us ipsi fatentur, ius naturæ non agnovisse fisiones.

Dicendum puto omnem, tam potestatem, quàm voluntatem, & iura testantium, sicut cætera accidentia remanere potentialitèr in cadauere, neque egere aliqua fictione, aut auxilio iuris civilis, cum omnes agnoscant voluntates defunctorum esse

adimplendas, nec morte solvi absque cognitione iuris ciuilis; cum nihil sit, quod magis hominibus debeatur, quam suprema voluntatis, postquam iam aliud velle non possunt, liber sit stylus, & licitum, quod iterum non redit arbitrium, vt in l. 1. C. de sacrosanct. Eccles. Et Lactat. 11. diuinar. instituz. cap. 1. *Tanta est immortalis anima in corpore mortali dignitas, vt post corporis interitum proxeget imperium, & reliquias cogitationum relinquat.* Si D. O. M. beneficio decoratur hoc imperio anima rationalis, ad quid futilia iuris ciuilis Romanorum suffragia emendicanda?

Ait Iavolenus: *Possessio autem nisi naturaliter comprehensa ad nos non pertinet.* Hæc verba solemnia sunt ad probandum, possessionem defuncti morte desinere, & extinguere, vt volunt quotquot hanc materiam tractant. Nobis autem videtur dictis verbis probari totum oppositum, si res attentè perpendatur. Hoc paucis ostēdam ex principijs philosophicis à legistis probatis, & inculcatis. Ipsi enim frequentè dicunt, quod privatio præsupponit habitum, quod principium philosophicum est, & iuridicum *J. fin. inst. de ingen. l. manumissiones 4 ff. de l. & l. l. decem 116. ff. de V. O. cum alijs sexcentis.* Rogo: quid comprehendet heres si non est, quid cōprehendat? Sententia clara est, nec multis prosequenda ne obscuretur. *Possessio actualis nō pertinet ad heredem, nisi eam comprehendat.* Quæ

remansit in hereditate; & fuit per aditionem ad heredem transmissa, est potentialis, & qualis qualis possessio, vel in actu primo, ut dicunt philosophi. Igitur si illam velit actualem, seu in actu secundo, debet heres eam comprehendere.

- 234 Hæc sententia manifestè probatur, ex hoc textu, si etiam animadver tas verba Iavoleni in *§. i. huius l.* ubi loquitur de mancipijs, quæ retinent iura, possessionem autem amittunt. Ait que: *Sequitur ergo,*
- 235 *ut reversis his nova possessione opus sit.* De heredibus ait, quod debent comprehendere. Ubique loquitur I.C. de possessione actuali. De heredibus non dicit, quod habent opus nova possessione, sed quod comprehendant. De reuersis, è converso non dicit, quod comprehendant: sed quod habent opus nova possessione. Unde hæc varietas docendi, & dicendi: nisi in mira fœlicitate, qua naturalia sunt scrutati maximi illi philosophi, & summa dexteritate, qua hanc legem scripsit Iavolenus.
- 221 Fortè enim in corpore iuris elegantior non reperietur. Heredes habent potentialem possessionem, & habent, quod comprehendant; reversi nullam habent possessionem; & cum non habent, quid comprehendant, opus habent nova possessione.

- 237 Pondera alia verba Iavoleni in hoc *§. etiam si nemo medio tempore res eorum possederit.* Audi eundem
- 238 Iavolen. in *l. 20. ff. de vsucap. Possessio testatoris, ita heredi*  
pro-

*procedit, si medio tempore à nullo possessa est.* Quæ verba quoad me satis clarè probant, possessionem testatoris morte non perire, nec aliter desinere, nisi ab aliquo hereditate iacente fuerit possessa: possessionem, inquam, potentialem. Cæterum omnem possessionem servorum extinguere captivitate *etiam si medio tempore à nemine possessio sit possessa*: Indeque provenire: heredem comprehendere posse potentialem. Reversum verò nova possessione opus habere: quia morte solum actualis possessio desinit; captivitate verò omnis possessio amittitur. Vide infra num. 354. ubi exemplum appono hanc rem aperiens.

Ait Iavol. *in his, quæ hostium potestatem pervenerunt in retinendo iura rerum suarum singulare ius est.* 239

Nota primò, accuratam l. C. rationem docendi: Utitur enim verbo *pervenerunt*, quod est præteriti perfecti, & significat rem perfectam. Non sufficit aliquem esse captum ab hostibus, ut statim fiat servus, debet enim ita esse captus, ut perfectè sit in hostium potestate *l. postliminijs. §. 1. ff. de captiv. ibi: Aliquem ex nostris ceperunt, & intra presidia sua perduxerunt.* & ibi: *Antequam in presidia perducatur hostium, manet civis.* Ex qua doctrina doctissime Valentia *trac. 3. cap. 5. per tot.* plura iura conciliat.

Nota secundò illa verba *singulare ius est*, & bene nota. Eadem sunt apud Papiniani *in d. l. iusto errore* 251

242 44 § *nondum*, ff. de *usuacap.* Papiniani verba inculcantur à DD. vt probent *iure singulari*, hoc est, vt ipsi interpretantur, *contra rationem*, receptum esse, continuari, & impleri *usuapionem* iacente hereditate. Quæ declaratio, si esset vera, sequeretur etiam esse *contra rationem*, quod captiui retinerent iura rerum suarum, nam vtrobique versatur *ius singulare*, tam in specie *huius* §. quam in specie §. *nondum*. Quis autem dicet, esse *contra rationem*, quod captiui retineant iura rerum suarum? quod reuersis sua bona, & iura reddantur? Si vtrobique est *ius singulare*, vtrobique debet adesse *ratio singularis*, & si acutissimus Faber eam non inuenit, non ideò alijs fuit præclusa via illam inquirendi.

243 Sed quæ ratio singularis est in eo, quod captiui retineant iura rerum suarum.

244 Dicerent, non tantum maximi Iuriscons. Cuius ius, Valentia Faber, & alij, sed etiam minimi, quos bene nosco, & noui, se maximos reputantes, perperam dialectizantes, & nequam philosophantes: *rationem esse*, quia possunt reuerrere. Optimè. Sed tunc, quod *ius singulare*, & *ratio subtilis* versatur? Dicam quod capio. Ratio est, quod in philosophia iuris conditorum non fit resolutio vsque ad materiam primam in corruptione substantia-  
245 lia. Sed quid inde?

Inde sequitur, quod cum lex naturam imite-

63

cur, & in corruptione substantiali non fiat resolu-  
tio vsque ad materiam primam; ita neq; in cor-  
ruptione legali.

Duplicem mortem agnoscimus naturalem, & 247  
civilem, siue legalem: per vtramque quodammo-  
do anihilatur homo, sed non totaliter, nam & si  
actualitas pereat, non ita potentialitas. Defuncto  
homine remanet in cadauere, siue materia prima 248  
virtus, & appetitus, & potentialitas ad suam ani-  
mam, & in anima ad suam materiam, dixi in *appa-  
ratu ad d. l. num 280. § 446.* ex parte vtriusque non  
est repugnantia ad vnionem, sed aptitudo, quare  
resurrectio erit miraculosa quoad modum, con- 249  
naturalis verò quoad animam, & corpus, *vt d. loc.*  
similiter in seruitute, siue morte legali non omni-  
nò anihilatur seruus, sed remanet potentialitas ad  
libertatem, *vt d. loc. à num. 430.* & ad sua iura recupe-  
randa.

Ex hac potentialitate provenit, quod iure sin- 250  
gulari, siue hac ratione subtili, retineat seruus sua  
iura: ex eadem potentialitate, quæ remanet in  
cadauere, prouenit etiã, quod sua iura retineat, &  
hæc est ratio, & ius singulare, tã *huius §.* quàm *d. §.*  
*nondum,* & alter locus illustratur ex alio.

Dices: ergo ratione huius potentialitatis cap- 251  
tivus retinebit possessionem potentialem, sicut  
hereditas eam retinet ratione suæ potentialitatis?

Huic

- 252 Huic argumēto occurrit Iavolenus in hoc textu, dicendo: *Corporaliter tamen possessionem amittunt, iura verò retinent iure singulari: probato amittere possessionem corporaliter, necesse est, quod habeant opus nova possessione, quia possessio factum est, & semel amissum reproduci non potest, l. in bello, §. facti, ff. de capti.* Possessionem autem fuisse amissam, 253 probat statim Iavolenus ratione philosophica, ibi: *Neque enim possunt videri aliquid possidere, cum ipsa ab alio possideantur.* Ratio est philosophica: etenim 254 actio, & passio non possunt concurrere in eodem subiecto, & repugnat quod idem sit possessor, & possesus.

- 255 Sed contra replicabis; ergo etiam iura rerum suarum amittent, neque potentialiter ea retinebunt; quia essent servi actuales, & domini potentiales.

- 256 Huic argumento facilè responderēt omnes legistæ, qui dicunt quædam consistere in iure, quædam verò in facto, si facilitate, qua hoc dicunt, simili felicitàte capiunt, quod dicunt. Etenim hanc distinctionem frequentem nullibi explicatam invenio.

- 257 Petenda est igitur solutio ex rerum natura. Implicat, quod idem sit possesus, & possessor etiã potentialis; non implicat, quod idem sit dominus, & dominus potentialis. Possessio, seu substantia  
cuis

65

*eius* consistit in facto. Dominium, & substantia e- 258  
*ius* consistit in iure, hoc est in iusto, sive iustitia;  
facta contrarijs factis tolluntur, & ab invicem se  
expellunt; ius facto non tollitur.

Exemplo fit res illustrior. Domum in tuo solo 259  
ex tua materia, & proprijs impensis ædificasti: ibi  
inhabitas, habitationem, & possessionem, poten-  
tior te auferre potest; ius autem auferre non  
potest: quia habitatio, & possessio consistit in fa-  
cto, quod facto contrario tollitur. Ius autem, sive  
dominium domus nemo à te auferre potest, quia  
hoc non consistit in facto, sed in iure, iusto, vel  
iustitia. Sic servus possessus possessionem, quæ fa-  
ctum est amittit, quia cū possideatur, & hoc sit fa-  
ctum contrarium suæ possessioni, ea extinguitur. 260  
Iura autem rerum suarum, seu dominium potètia-  
le, nulla servitus, nulla vis eripere potest, quia hæc  
consistunt in iure iusto, vel iustitia, quæ est super  
omnem vim.

Igitur nulla possessio remanet in servo, quia fa- 261  
ctum est, quod expellitur contrario facto. Manet  
verò in cadavere potentialis: quia nullum est fa-  
ctum contrarium eripiens hoc accidens à cadave-  
re, etenim cadaver à nemine possidetur, servus au-  
tem possidetur à domino, & sic solvitur instantia  
facta num. 251.

Hinc petenda est solutio ad argumētum, quod 262  
I mihi

mihi obieci in *d. l. si is, qui pro emptore num. 198.* & obiter declaratio illius textus, & *l. ait prætor, 23. §. hi plane 3 ff. ex quib. cau. mac. d. l. 12. §. in bello, ad l. bona eorum 22. §. quæ peculiari, ff. de capt.* Quatenus habent: servos ex causa peculiari domino existente apud hostes posse incipere possidere. Contra quod sic arguebam: dominus in captivitate constitutus, sicut servus eius, qui remansit in possessione, vel eam cepit ex causa peculiari, animum non habent cū neuter habeat personam. Ergo neuter possidere potest.

263 Huic argumento respondi: allegando doctrinam Anton. Fabri, quæ nec sustineri potest per diæt. sup. à num. 222. nec etiam satis rem aperit. Melius igitur respondebitur ex hic adductis, quod captivi retinent sua iura, sicut in alijs, ita in servis; & quidquid provenit ex rebus dum sunt in captivitate, ad eos reuersos pertinet, ac si essent, vel fuissent in civitate tempore servitutis. Servi autē inter res, imò inter quadrupedes computantur, *l. 2. ff. ad leg. Aquil.* inter cōmoda servorum enumeratur, quod per illos possit retineri possessio, & de novo quæri, sicut in pecudibus enumerantur partus, in prædijs fructus, cū ergo retineant captivi iura in res suas, & inter res enumerentur servi, sequitur quod per eos dominus existens apud hostes possit retinere possessionem, & de novo quæ-

tere ex causa peculiari, utpotè fructus; & cōmo-  
da rerum suarum, idest, servorum, qui compu-  
tantur inter res.

Nunc respondendum est ad argumentum fa- 264  
ctum supra num. 130. in summa est: Postliminium  
servat in suspenso iura captivi. Ergo similiter lex  
poterit servare in fictione hereditatis iura defun-  
cti.

Respondeo etenim distinguendo antecedens 265  
servat in suspenso iura actualia captivi, concedo  
antecedens, potentialia nego antecedens: quia  
hæc iure singulari retinentur à captivo; alia verò  
servantur à lege, ut si revertatur, captivo reddan-  
tur, si decedat apud hostes, heredibus tradantur,  
quare hæc accidentia radicantur, seu hærent po-  
tentialiter, vel in captivo, vel in hereditate, itaq;  
non sunt absque subiecto reali, nec in suspenso  
potentialiter, sed actualiter. Et sic intelligenda  
sunt, quæ sequendo vulgarem traditionem scripsi  
in d. l. 15. de vsucap. à num. 185. & corrigenda, quæ in  
Apparatu dixi num. 229. quia hereditas non est fi-  
ctio, nec introducta à iure, sed à natura parata, ut  
retineat accidentia, tum absoluta, tum respectiva,  
& tam dominium, quam possessionem.

Ultimum huius l. §. non expendo, quia sententia 266  
eius parum habet difficultatis, cum liber homo e-  
tiam si de facto teneatur in vinculis non possideat

tur; quia est incapax possessionis passivæ.

267 Venio nunc ad Florentinum, & Papinianum, ex quibus, & flores, & fructus decerpere satagam, & primum à floribus.

268 Florentinus in d. l. mortuo 22. ff. de fideius. ita scripsit: Mortuo reo promittendi, & ante aditam hereditatem fideiussor accipi potest, quia hereditas persona vice fungitur, sicuti municipium, & decuria, & societas. Hæc ibi, sed quæ ratio dubitadiz illa mihi videtur adesse, quod actiones sunt suppositorû, seu personarum, de quo

269 vide Suar. 2. metaphys. disp. 34. sect. 3. num. 18. At fideiubere actio est, ut patet: ergo non competit hereditati, quæ non est persona, nec municipio, &c.

270 Respondet Florentinus, quod hereditas vicem personæ habet sicuti municipium, decuria, & societas. Ex qua ratione infert Flor. quod mortuo reo promittendi, ab eius hereditate accipi potest fideiussor.

271 Hic textus non parum vrget eos, qui asserunt hereditatem, ut potè fictionē, non possidere: quia possessio est factum, in quo fictio non habet locû. Etenim ipse actus fideiubendi est factum, & cadit in hereditatem. Dicent: hereditatem non fideiubere per se, sed mediante curatore. Sed nihil dicunt, quia potentialitas fideiubendi, provenit ab hereditate. Et similiter est ratiocinandû in possessione. Poterit curator possidere actualitèr nomi-

ne hereditatis, quia possessio potentialiter est in hereditate: sed de hoc abundè tractatum est.

Nunc expendamus argumentum tactum supra num. 56. & 90. & in hunc locum reiectum, municipium, decuria, & societas habent vicem personæ, sicut hereditas, sed municipium, decuria, & societas sunt persona ficta. Ergo hereditas est persona ficta. Min. probatur ex l. 1. ff. quod cuiusque uniu. nom. l. 30. ff. de vsucap. & l. 1. ff. de colleg. illic, ubi Universitas, Collegium, corpus, dicitur, & eadem est ratio de alijs terminis collectivis, at hoc corpus fictum est: ergo, &c. Idem probatur DD. auctoritate, præcipuæ scribentium ad illos tit. & Post. de manut. observ. 36. num. 18. & passim apud DD. post Barth. in l. aut facta, §. non unquam, ff. de panis.

Ut respondeam huic argumento, quod à nemine tractatum invenio, suppono, quæ de persona dixi supra num. 145. Ex quibus concluditur: ex pluribus personis, seu ex duabus, unam personam cōfici non posse, propter repugnantiam communitabilitatis personæ unius cum alia, quare dextere dixit Florentinus: illos terminos collectivos habere vicem personæ. Et si hoc dixerit ex eo quod agnoverit rationem constitutivam personæ, quæ est subsistentia, mihi non liquet. Etenim scio Suar. 274  
negare Aristotelem agnovisse rationem hanc personæ constitutivam, inquit enim, non habuisse phi-

philosophum principium aliquod ad distinguendum suppositum à natura singulari, & quod nec illud haberemus, nisi mysterijs fidei edocti occasionem habuissemus investigandi illud. Sed de hoc ad Theol. & Methaphysic. recurrendum est.

275 Hoc autem, quod dixit Florentinus habere vicem personæ, videndum quomodo stare possit, & an versetur hic fictio, vel nō, quod pertinet ad solutionem argumenti, & huius textus declarationē. Dicam quod habeo, dum alius meliora parat.

276 Et quidem rem significatam per dictos terminos collectivos non esse quid fictum, sed reale, mihi non solum certum, sed necessarium, quia eadem est ratio in illis, ac in hoc termino, *Ecclesia*, ut ibi notavi, & hic latius prosequar, quia res est intellectu difficilis.

277 Igitur Ecclesia definitur; quod sit multo hominum, qui sub vnus veri Dei cultu, vnus fidei professione conveniunt, siue consentiunt ex Card. S. Sixti *de potest. Eccl. lib. 1. cap. 1.* Ad Ecclesiam sic Dominus alloquitur Ezechiel. loco allegato

278 num. *Transiens autem per te vidi te conculcari in sanguine tuo, & dixi tibi cum esses in sanguine tuo vive: dixi, inquam, tibi: In sanguine tuo vive. Multiplicatam quasi germen agri dedi te: & multiplicata es, & grandis effecta, & ingressa es, & pervenisti ad mundum muliebrem: & vbera tua intumuerunt, & pilus tuus germinavit: & eras*  
*vuda.*

nuda, & confusione plena. Et transiui per te, & vidi te: & ecce tempus tuum, tempus amantium: & expandi amicitium meum super te, & operui ignominiam tuam: & iuravi tibi, & ingressus sum pactum tecum (ait Dominus Deus) & facta es mihi. Et laui te aqua, & emundavi sanguinem tuum ex te, & unxi te oleo. Et vestiui te discoloribus, & calceauit te ianthino, & cinxi te bysso, & indui te subtilibus. Et ornaui te ornamento; & dedi armillas in manibus tuis, & torquem circa collum tuum. Et dedi in aurem super os tuum, & circulos auribus tuis, & coronam decoris in capite tuo. Et ornata es auro & argento, & vestita es bysso, & polymito, & multicoloribus: similam, & mel, & oleum comedisti, & decora facta es vehementer nimis, & profecisti in regnum. Et egressum est nomen tuum in gentes propter speciem tuam, quia perfecta es in decore meo, quem posueram super te. Et alia plurima, quæ ibi loci, & alijs adducuntur, præcip. in Cantic. de quibus latè egi in cap. inter corporalia de translaz. Episc.

Impijssimum ergo esset dicere hæc verba, & multa alia, charitatis benevolentia, ac dilectionis plena, direxisse Deum in ens rationis, siue quid fictum; quod ita procederet, si res significata hoc termino collectivo *Ecclesia* esset quid fictum. 279

Puto ergo dicendum, Christianos esse plures, 280 & esse vnum, plures ex parte personarum, vnum ex parte termini, quia multitudo Christianorum vna est, quia sub vno eodemq; cultu veri Dei, sub vna,

vna, eademq; fide convenimus, seu consentimus, inde 5. Cant. *Vna est columba mea.* Et 4. ad Ephes. vers. 4. & 5. *Vnus Dominus, vna fides, vnum baptisma.* Et 1. ad Corinth. vers. 10. *Obsecro autem vos fratres, per nomen Domini nostri Iesu Christi, vt id ipsum discatis omnes. Sitis autem perfecti in eodem sensu, & in eadem sententia.* Et 5. ad Galat. vers. 28. *Omnes enim vos vnum estis in Christo Iesu.* Et ad Philip. 2. *Eandem charitatem habentes, in id ipsum sentientes.* Actor. 4. *Multitudinis credentium erat anima vna, & cor vnum in Deo.* Inde ex multorum, & singulorum cōsensu ex parte personæ Christiani multi sumus, ex parte vero termini, siue consensus in vna fide vno Deo, &c. Vnū sumus vnde quaque trahamus originē, siue Hispani, siue Galli, siue Itali, &c. quod maximè decet Ecclesiæ maiestatem. Nam sicut ait, Augustin. *super Psalm. 8. contra Donatistas: Christum tales maledicunt, qui dicunt: Perijt Ecclesia de toto orbe terrarum, & remansit in sola Africa. Quantam autem faciant iniuriam. Videte Fratres: Scriptura dicit: In lata gente dignitas regis, & in paucitate plebis, ignominia Principis.* Proverb. 14. vers. 28.

281 In scientificis exemplificare possumus alij dicunt ius denominari à iustitia: alij è conuerso, qui quodlibet eorum dicunt, siue duo, siue multi ex parte sui plures sunt, ex parte termini vnum sentiunt, siue autem pauci, siue plures, siue plurimi vnam, & eandem sententiam constituunt, ita in

proposito. At hic vnicus consensus ex parte termini, veluti in vno verò Deo, in vna fide, &c. non est quid fictum, sed reale.

Sic ratiocinandum in municipio, decuria, &c. 282  
 ex parte personarum municipes multi sunt, ex parte verò termini, quia degunt, & consentiunt sub vna lege vnum sunt; & hic vnus consensus ex parte termini conflatus ex pluribus, ex parte suppositorum, non est persona; quia persona ex pluribus personis conflare non potest, habet tamen vicem personæ, quia sicut persona ratione sui est vna; ita consensus plurium ratione termini, seu eiusdem legis sub qua degunt, & in quam consentiunt, est vnus consensus.

Nec obstat, quod Vniuersitas, Collegium, &c. 283  
 dicantur corpus: etenim Ecclesia etiam dicitur corpus, iuxta Apost. 1. ad Ephes. vers. 23. *Et ipsum dedit caput super omnem Ecclesiam, qua est corpus ipsius.* & cap. 4. vers. 16. *Et 1. ad Corinth. 10. vers. 17. Quoniam vnus panis, vnum corpus multi sumus.* Dicitur enim Ecclesia corpus per similitudinem ad corpus naturale. 284  
 Dicitur Ecclesia vnus panis, quia sicut vnus panis ex multis granis, ita Ecclesia ex multis fidelibus charitate copulante connectitur. Eodem modo vnum corpus propter conformitatem, & vnitatem membrorum ad caput. Quemadmodum enim in corpore hominis, caput est connaturale residuo 285

- homini, & per collum ei cōiungitur à quo (capite, utpotè) in quo omnes resident sensus, secundum plenitudinem sensus, & motus in totum corpus diffunditur, ita in corpore Ecclesiæ caput, quod est Christus, est residuo corpori connaturale, & per fidem, quæ intelligitur per collum, nos ei
- 286 vnimur. Quæ latè prosequitur Card. S. Sixti *loc. alleg. cap. 44.* Ita in municipio, nã omnes per conformitatem, & vnitatem cōsensus vnum corpus metaphoricum constituunt. Neque hoc est falsitas, neque mendacium. Nam iuxta D. Augustin. *lib. 2. questionum Euangel. cap. 51. Cum fictio nostra refertur ad*
- 287 *aliquam significationem, non est mendacium, sed figura veritatis.* Ideoque per illa verba *vnum corpus*, non dicitur aliquod mendacium, sed figuratè significatur vnitas, quæ ex parte termini, seu vnus Dei cultu, vna fide, &c. est in pluribus personis, quod nõ est mendacium, sed veritas.
- 288 Ex quibus ostendi potest non esse in iure tot fictiones quot DD. prædicant, fictiones, inquam, prout sonant in falsitatem, & mendacia, sed sunt fictiones, ut exponit *S. Aug.* id est, figuratæ loquutiones ad significandũ aliquẽ effectum, qui vel propter terminorum inopiam, vel propter difficilem significationem per modos figuratos, & metaphoricos exprimitur. Sic credo intelligendum de fi-
- 289 ctione postliminij, quæ in effectum non significat ali-

aliquod mendacium, sed solum, quod lex servat iura captivi, dura est apud hostes, non minus, quàm si fuisset in ciuitate, quod non est fictio, sed veritas: licet hic effectus postliminij significetur per verbū fingere, quod sonat in mēdaciū cū mendaciū non sit; id, quod per metaphoram significatur; & idem de fictione legis Cornelia puto dicendum.

Similitèr dicitur facta contra ius pro non factis haberi, per *l. inbemus, §. pradia, C. de sacros. Eccles. Cap. Quæ contra ius 64. de R. l. inb.* Quæ loquutio, licet sonat in fictionem, non est mendaciū, nec falsitas. Nam in effectu significat, quod ius illi facto nullum robur, nullamque virtutem tribuit. Imò illud pro facto habet, siquidem illud punit, vt per *Barbos. axiom. 93. num. 19.*

Nunc ad Papinianum: Reperamus verba, quæ pauca sunt: *Hereditas etiam sine corpore, iuris intellectu habet.* Dicunt DD. elegantèr Papinianum scripsisse hanc legem. Et ego dico: sed longè alio sensu à mente DD. Reponenda sunt hic, quæ dixi supra num. 106. ad 113. & præcipuè examinanda est illa DD. acceptio cōmunis illorū verborū *iuris intellectu habet*, de qua nu. 109. Vt sit eorū sensus, quod et si hereditas nō habeat corpus, fingatur à iure habere corpusquē sensum d. loc. reprobavi, duobus rationibus. Prima, quia vsurpare pro *fingere*, habere iuris intellectum ex nullo auctore linguæ Latinæ

- 293 perito colligitur. Secunda, quia sententia Papi-  
niani non cogit nos, vt accipiamus illa verba in  
hoc sensu. Quibus addo, quod si hoc esset verum,  
sequeretur, quod ius omnes res incorporales fin-  
geret cum corpore, veluti actiones, obligationes,  
& alia, quod nemo dicet; & non est maior ratio,  
vnius, quam alterius. Item, in divisione rerum po-  
nitur à Iustin. in *l. i. inst. de reb. corp. & incorp.* & à Iuris-  
consulto in *l. i. de rer. diu. inter incorporalia*. Item, here-  
ditas consideratur à Iurisconsultis in conceptu  
methaphysico, quod abstrahit ab omni materiali,  
& sensibili, in quo conceptu definitur, quod sit  
294 *successio*, &c. Item faciunt contra hanc acceptio-  
nem, quæ adduxi num. 104. Nam si philosophi  
conciipiunt cum corpore animam rationalem se-  
paratam à corpore, malè concipiunt; & metaphy-  
sici si considerarent cum corpore ens abstractum  
à materiali, & sensibili, malè considerarent. Et si  
Papinianus consideraret cum corpore hereditatē,  
295 quæ incorporalis est, pessimè, & inelegantè con-  
sideraret. Nec hanc fuisse considerationem exi-  
mij philosophi disputantis de rerum natura, quis-  
quam sibi facilè suadebit; & aptius esset fingere  
hereditatem cum anima, ad quærendum, & tuen-  
dum bona, quam cum corpore, quod sine anima  
nihil præstat ad tuitionem, quoquo modo sit con-  
296 fictum, vel pictum.

Credo igitur sententiam Papiniani eam esse in 297  
 hac lege : *hereditas etiam sine corpore*, idest etiam  
 resoluta corpore, siue cadavere, intelligitur à iure  
 adhuc existere. Hæc acceptio habet elegantem  
 quæstionem Papiniani acumine dignam.

Ratio dubitandi philosophica, & subtilis pro- 298  
 venit ex his, quæ annotavi num. 139. cum tribus  
 seq. scilicet, in philosophia iuris accidentia sub-  
 iectari in materia prima, neq; in corruptione sub-  
 stantiali fieri resolutionem vsque ad materiam  
 primam.

Tunc sic procedit dubitatio, etiam si remaneat 299  
 in cadavere eadem accidentia, quæ fuerunt de-  
 functi, hæc non remanent perpetuo: nam multa  
 cadavera resolvuntur, vel in pulveres, vel in cine-  
 res: multa citò, alia sero computrescunt, sed tunc  
 pereunt accidentia, ut patet de quantitate, colore,  
 & calore; ergo, & reliqua accidentia, quæ reman-  
 serunt in cadavere, utpotè dominium, possessio,  
 privilegium, fori, &c. ergo tunc non dabitur he-  
 reditas, quæ sustineat personam defuncti.

Augetur difficultas, quia in hac philosophia, 300  
 quantitas immediatè subiectatur in materia pri-  
 ma; reliqua verò media quantitate Suar. 1. *metaph.*  
*5. disp. 14. sect. 3. per tot.* sed resoluta cadavere desinit  
 quantitas. Ergo, & reliqua accidentia deficiunt.

Respondet Papinianus: non solum cum cor- 301  
 pore,

302 pore intelligitur esse hereditas, sed etiam sine corpore, etiam resoluto corpore, sive cadavere, *habet intellectum iuris*, hoc est aris boni, & æqui; quia adhuc, resoluto cadavere, accidentia remanent potentialitè in materia prima. Sed vnde collegit Papinianus? Dico inde collegisse, vnde Paulus in *l. questum 78. §. illud fortè, ff. de legat. 3.* dixit: *Ea quæ talis natura sint, ut sapius in sua redigi possint initia, ea materia potentia victa, nunquam vires eius effugiant.*

303 Sed hic apponere libet experimentum huius philosophiæ exprimens vires materiæ primæ, & tenacitatem formæ semel admissæ.

Experimentum facillimum est à diligentissimo Kircherio comprobatum, & à quolibet paruo dispendio comprobabile. In *arte mg. Luc. & Umb. lib. 2. part. 1. cap. 12.* ita scribit

## EXPERIMENTVM.

304 **E**X *urtica* in cinerem redacta *lixivium* conficies. *Lixivium* hoc calo expones, donec glaciale cutim contrahat, & videbis mirum dictu, in ipsa glacie expressam, & perfectam *urtica* figuram, eo fibrarum ductu, foliorumque lacinosorum serratura, quam in veris deprehenderes. Si porrò *microscopium* adhiberis, videbis cum admiratione totam figuram *urtica* ex minimis, & quasi infinitis stellulis concrevisse. Idem in quacumque alia plan-

Et usu euenire crediderim, vt vel hinc appareat in cineribus rerum semen quoddam latere radiatione sua simile speciei affeētans. Si hoc semen, hæc virtus, hæc potentialitas remanet in cineribus vilissimæ plantæ, cur eadem negabimus in cineribus cadaveris?

Dixi hereditatem habere iuris intellectum, etiã sine corpore, exponendo verbum iuris, per artem boni, & æqui, iuxta *l. 1. ff. de iustitia, & iure*; quia Papinianus Iurisconsultorum acutissimus non scripsit crassa Minerva, vt credunt DD. Nec maiestas iurisprudentiæ hoc patiebatur, fuit enim, & nunc debet esse ex acroamaticis, vt evidentè colligitur ex *l. 2. ff. de orig. iur.* & disciplinæ acroamaticæ, elegantiori, & subtiliori stylo fuerūt conscriptæ, vt de Physica, & metaphysica Arist. dixit Clem. Alexand. *s. Strom. Cic. 3. de senibus*, Plutar. *in vita Alexand.* & Laurentius Valla, qui nemini pepercit, extollit facundiam iurisconditorum, qui sub miro, & venusto verborum compendio miras sententias sunt complexi.

Puto ergo Papinianum respexisse ad alteram quæstionem vetustissimam de immortalitate animæ, quã multi Etnici statuerunt, alij negarunt, asserentes hominũ animas, non secus, ac brutorum morte desinere, ac evanescere. Alij autem, vt Galenus *lib. 1. Quod animi mores corporis temperantiam sequantur cap. 3.* asserabant non statim perire, sed ali-

aliquandiu durare, & per partes desinere:

309

Qui asserebant immortalitatem, inter alia eo argumento utebantur, quod tetigi *in apparatus, l. si is, si qui emptore, num. 277. & seq.* Videlicet, quod in pluribus cadaueribus adnotarunt multa denotantia appetitum ad resumendam animam. Quod hic appetitus erat innatus, siue à natura. Quod natura nihil facit frustra. Quod ille appetitus frustrabilis esset, si vna cum corpore anima periret, quia tunc anima anihilaretur. Hoc autem negabant, quia appetitus innatus, non potest tendere in nihilum.

310

Qui dicebant animam non perire statim, sed aliquandiu durare, asserebant, in tantum hoc esse posse, in quantum in cadavere poterat esse ille appetitus innatus, quo cessante erat signum anihilationis animæ, cessare autem dicebant resolutio corpore, & sic sequebatur, quod cessante ea potentialitate non amplius erat hereditas, eo quod ille appetitus, & potentialitas, quam dicimus esse hereditatem, peribat.

311

Papinianus autem statuit; non solum cum corpore, seu cadavere esse illam potentialitatem, quæ dicitur hereditas, sed etiam sine corpore, sine cadavere, hereditas habet intellectum iuris, id est artis boni, & æqui, quia in cineribus defuncti, semper est potentialitas ad resumendam animam

& omnia, quæ fuerunt hominis, remanent potentialitèr in materia prima, & sic cum corpore, vel sine corpore, hoc est, resoluto, vel non resoluto cadavere, semper est hereditas.

Papinianum verò fuisse eius sententiæ, quod anima rationalis est immortalis, suadet §. i. illius legis. Vbi posita regula, quod hereditas, etiam sine corpore iuris intellectum habet, tractat de expensis monumenti soluendis bona fidei possessori, & pro eis concludit: at negantes animæ immortalitatem, non curabant de monumentis, & fortè heres, de quo in illo textu negabat animæ immortalitatem, & solutionem expensarum ex eo capite, quod nec erant necessariae, nec vtilis, sed voluptuariae: de quo alijs cogitandum relinquo; exorando, vt perpendant communem declarationem illius legis esse inconsequentem ad intentum §. i. nostram verò consonam: quia ex regula initio legis à Papiniano posita, sequitur recta resolutionis ratio eorum, quæ in dicto §. statuit, si eius sententia accipitur, prout à nobis explicatur: in sensu autem à DD. intento, nihil potest inferri, quod dictæ §. i. congruat.

*Sed, si quid mea carmina possunt, 9. Æneid.*

Ne à monumentis, quæ utilissima sunt aridus, & ieiunus penitus recedam, vicissitudine rerum aliud exigente, vnum extruam, non adeò certè or-

natum pro dignitate; sed quantum per vires licet,  
 in memoriam, utinam æternam bellicæ fortitudi-  
 nis Hispaniæ posteris *mirandam*, & imitandam.  
 Scilicet obsidionis, quæ his diebus Cathalonix ac-  
 cidit arcis Podijceretani, vulgò *Puigcerdà*, quæ a-  
 nimos huius nobilissimi Principatus, tenuit sus-  
 pensos, & vigiles. Die igitur 27. Aprilis 1678. ars  
 à Gallis, eo rerum ductu, quem illa gens Martis,  
 & artis progenita benè noscit, est oblecta. Præter  
 omnium spem, ad sex, vel octo dies deditorem  
 prostrahentem, obsidionem 35. dierum, innume-  
 ros sulphuralem tormentorum ictus, quibus mu-  
 ri deturbati super 24. oppugnationes diuersarum  
 gentium in æmulationem se provocantium, suffo-  
 cationes, cuniculos, & alia militaria inuenta huius æ-  
 tatis ferreæ, sustinuit peremptis hostibus ad 5 U ex  
 nostratribus tantum 70. desideratis, & paucis in-  
 colis utriusque sexus. Tandem æquis conditioni-  
 bus est Gallis dedita, indignè ferentibus Catha-  
 launis, quod antea dederetur, quam ipsi pro Vallo,  
 quod defecerat, suffecissent, matronis insimul idē-  
 tidem effugiantibus ab Heroe vere magno D. San-  
 ctio de Miranda arcis moderatore nostri Regni  
 Legionensis, quin & totius Hesperix afferen-  
 dæ gloriæ, & stirpis Leoninæ prognato, qui cum  
 1200. peditibus, & 250. equitibus leuis armaturæ  
 pondus præhij, noctis, diei, & astus portavit. Et  
 licet

licet multitudini, seu potius suffossionibus Gallo-  
 ram cesserit, adeò ipsos triumphavit, quod Noual-  
 lius Gallicus Imperator agendo de pactionibus  
 deditiois dixerit, magna, quæ proprie est illius  
 gentis, præcipuè in bellicis, ciuilitate: D. San-  
 ctium non esse ducem eius generis, cui dura esset  
 extorquenda conditio, sed quod ipse legem dice-  
 ret. Quibus peractis D. Sanctius cum victoris ter-  
 rorè, peditatu, & equitatu incolome, & armato,  
 signisq; explicatis, pactionibusq; honestis pro for-  
 tissimis incolis statutis, arcem deseruit, suppetijs,  
 vt est nostri moris. Proh pudor! lente, & verbo te-  
 nus ministratis: Quid fuerit in causa nescio, nec  
 scite cupio. Vellem tamen erubescere aliquos ne-  
 strates Hispanos, parùm consideratè omnibus se  
 præponentes, & temerè Cathalaunorum robur, &  
 fidem insultantes, cum his diebus, ipsis videnti-  
 bus habeant monumentum mirabile, & insupe-  
 rabile. Quæ dicta vellem, non in æmulationem,  
 sed ad eam, quæ ipsos affinitatis originis, observã-  
 tiæ eiusdem Catholici Regis, frequentis hospitij,  
 & quandoq; consanguinitatis vinculis obstrictos,  
 decet beneuolentiam, & charitatem conciliandã:  
 quibus obtentis, robustissimam Gallorum vim,  
 non sustinere, sed propulsare poterunt: præcipuè  
 si Catholicus Rex ob iam incommodo illi iue-  
 rit, quod magnus vndequaque vir D. Martinus

Azpliuera de Laudibus Philippi II. edisserens, quodq; illa ætate incœpit, nostra verò increbuit, & increfcit, deplorauit: & quod est fecundum illorum, in quæ pius Doct̃or inuehitur in tract̃. de red. Eccles. monit. 37. num. 7. his verbis: *Alterum est si (Rex) ita exequatur iura sua, quibus iam pridem iubet militibus suis stipendia integrè persolui, vt nullatenus per ducum ararijs præsectorum, & thesaurariorum auaritiam, & fraudem, & noua inventa, quicquam eis minuat, vel differatur, ne viri egregij quorum fortitudine fideli non solum eius gloria, imperia, & regna, sed etiam ipsa fides Catholica, cultus Dei, & iustitia stant, & florent, verecundè mendicent, aut inuerecundè concutiant plebem, aut violentè grassentur, aut turpiter à fide regia deficiant, ne vè suo exemplo viros ad bella natos, ita deterreant, vt cum delectus militum habetur, pauci ea digni adscribantur. Quæ au vir pius prophético spiritu prædixerit, huius nequam seculi ostendit iniuria.*

314 Nunc ad rem: quod autè verbū *ius*, hic accipitur pro arte boni, & equi iuxta acceptionē Vlpiani in l. i. ff. de iust. & iure: suadetur ex bonitate, & æquitate statuendi animæ immortalitatem, quas considerāt de ea agentes ad quos remitto, ne prolixior fiam.

Eodem modo accipitur verbum *ius*, in l. pecunia

178. §. 1. ff. de v. s. vbi ait Pomponius. *Hereditas nomen iuris est*, quia non potest dici esse nomen iuris civilis, vt ostendi supra numer. 114. Est enim nomen artis boni, & æqui, quia sicut ad ipsam hereditatem spectant commoda rerum, ita secundum æquitatem spectant in commoda, *l. secundum naturam 10. ff. de R. I.*

Consequentè venit declarandus Pauli textus mirè Laconicus in *l. filiusfam. 18 ff. ad l. Falcid.* ex quo non leue argumentum eliciam in sententiæ meæ confirmationem; breui paraphrasi textum percurram, quia illius obscuritas id expostulat. 315

Ait Paulus: *Filiusfamilias, qui militauerat, decedens patris sui fideicommissis sit codicillis, vt peculium suum castrense Titio post mortem restitueret. Quarebatur, an vt heres quartam deducere posset?* Hic proponitur quæstio de filiofam. qui de peculio castrensi testatus non est, sed codicillis fidei patris commissis, vt hereditatem Titio restitueret, an pater tanquam heres filij posset deducere quartam? & respondet Paulus affirmativè, vt sequitur. 316

Dixi: *Legem falcidiam inductam esse à D. Pio, etiam in intestatorum successibus propter fideicommissa*; ac si diceret detrahet pater quartam, quia nihil interest quod hic filiusfam. intestatus decessisset: etenim in fideicommissis lex falcidia ex constitutione D. Pij habet locum in successibus ab intestato. 317

Opponit sibi Paulus. *Sed in proposito, neque hereditatem esse.* Argumentum est tale. Lex falcidia inducta est à D. Pio in successionebus intestatorum, qui relinquunt ab intestato hereditatem: sed in proposito filiusfam. non reliquit hereditatem: ergo falcidia inducta à D. Pio non potest hic applicari. Minorem propositionem probat Paulus infra, ubi dicam.

318 Solut statim argumentum. *Quamvis placeret mihi, extraneo herede instituto fieri hereditatem aditione eius.* Solutio est. In proposito non esse hereditarium castrense peculium, dum est penès patrem, sed fieri hereditatem aditione heredis extranei instituti. Unde facta hereditate aditione heredis intrat falcidia, ac si diceret, si hic filiusfam. condito testamento patris sui fideicommississet, ut Titio extraneo instituto restitueret castrense peculium, aditione Titij fieret hereditas, & esset falcidia inducta, ergo similiter decedens ab intestato, aditione Titij fit hereditas, & habebit locum falcidia inducta à D. Pio.

319 Probat, quod in proposito ante aditionem non sit hereditas: *Nam cum apud patrem remanet, ius pristinum durat, & peculium est.* Optimè. Nam filiusfam. in castrensibus respectu patris, habet dominium quasi imminutum, & qualificatum, sicut & ipse pater in castrensibus filij, seu dominium est penès

patrem, libera verò administratio penès filiū. Neque enim filiusfam. in castrensibus est paterfam. licet pro tali habeatur, *l. filiusfam. cū alijs. ff. de castrens. pecul.* Ideòque si filiusfam. de castrensibus non testetur, pater non iure hereditario, sed iure peculij est dominus castrensiū filij, neque tenetur vltra vires peculij, sicut heres tenetur vltra vires hereditatis. Vnde Vlpianus *in d. l. 2 ff. de castrens. pecul.* notanter dixit, quod si filiusfam. de castrensibus testatus, patrem instituerit, castrense peculium pro hereditate habetur, aperte denotans non esse hereditatem, quia vt hic inquit Paulus *iur. pristinum durat*, & sic remanet probata minor, de qua num. 318. Et sententia Pauli quod ante aditionem in proposito non est hereditas.

Mouet argumentum Paulus, contra suam rationem, scilicet, quod fit hereditas aditione, & antea non est hereditas. *Nec huic contrarium est, quod in testamento eius, qui apud hostes decessit exerceatur falcidia.* Argumentum ita procedit: Testamentum eius, qui apud hostes decessit propter legem Corneliam valet, & in eo inducitur Falcidia. Eigo similiter in filiofam. testante propter constitutiones Principum, hoc illæ concedentes habebit locum falcidia, quia Principum constitutiones confirmant voluntas filiorumfam. non minus quam lex Cornelia voluntates decedentium apud hostes.

322 Respondet Paulus : *Nam fictio legis Cornelia, & hereditatem, & heredem facit.* Ac si diceret, non est simile, nec bona ratio. Nam lex Cornelia facit hereditatem, & heredem, secus verò in proposito, ex constitutionibus Principù, quæ patrem in castrensibus non faciunt heredem, & sic in proposito non est hereditas, nec heres in castrensibus, nec fit hereditas ex constitutionibus, sed *aditione.*

323 Resumit suum dictum Paulus ex verb. *Dixi: & ait: Sed me non dubitare quin debeat id quoque indulgeri legis beneficium, scilicet legis falcidiæ: Et statim pro sua conclusione adducit rationem: Siquidem quasi patrisfam. bona restituere cogitur.* Ratio ita procedit: Qui ex causa fideicommissi hereditatem patrisfam. cogitur restituere detrahit falcidiam, sed pater cogitur restituere castrensia filij, non minus quàm si essent hereditas patrisfam: Ergo detrahet falcidiã.

324 Adducit postremò aliud simile: *Et heres scriptus omissa ex testamento aditione, exemplo edicti legatorum nomine converterietur.*

325 Ratio sic efformatur: Proximior testatori, alias successurus ab intestato, si omissit causam testamenti, perinde tenetur ad legata ex edicto (*scilicet, si quis omissa causa testamenti*) ac si ex testamento successisset, ergo similiter pater restituens castrensia filijsfam. ac si ex testamento restitueret, deducet falcidiam.

Et hæc demente huius textus, qui propter mirā  
 ubertatem, & brevitatem sententiarum, difficilis  
 reputatur. Videant aliqui legistæ, & erubescant dū  
 sine lege loquuntur, docentes è suggestu, Irispru-  
 dentes crassa scripsisse Minerua. Aliter accipit hūc  
 text. Donel. aliter Anton. Fabr. aliter Duar. cum  
 quibus nolo contendere, quia parum conducit ad  
 finem quem. intendo

Gravis difficultas elicitur à DD. ex hoc tex. fun-  
 data in illis Pauli verbis : *Quamvis placeret mihi ex-  
 traneo herede instituto firei hereditatem aditione eius.* In  
 eadem sententia est Vlpianus in *l. si setius 18. ff. de  
 stipul. servor.* Efformatur sic. Aditio non est modus  
 faciendi, aut producendi hereditatem, sed potius  
 perimendi, seu evacuandi hereditatem. Ergo he-  
 reditas nō potest fieri aditione, sed potius perimi.  
 Consequentia est bona, antecedens probatur ex  
 text. in *l. sed si plures 10. §. 2. ff. de vulg l. per procuratorē,  
 20. §. vn. ff. de adq. poss. l. 1. ff. de separ.* Ex quibus pro a-  
 xiomate deducunt: hereditatē semel aditā, nō am-  
 plius esse hereditatē, sed fieri patrimoniū heredis.

Virgent hæc ex eodē Paulo in hac *l. §. vn. vbi ha-  
 ber: Quod si pater ex fructibus, medio tempore,  
 de castrensi peculio perceptis habuerit quartam,  
 & quartæ fructus, inducatur S. C. Trebellianum,  
 inducaturq; hereditas post restitutionē. Virgent, in-  
 quā, eodē modo. Post restitutionē, castrensē peculium*

fit patrimoniū, fideicommissarij, & desinit in pecuniā: ergo post restitutionē hereditas fieri nō potest.

329 Ego putarem, axioma legistarum, & parū huic rei deseruire, & absolutè sumptum esse falsum. Solummodoque applicari posse hereditatibus puris, non verò gravatis onere restitutionis. Etenim, quæ relinquitur hoc onere, aditione primi heredis, non desinit esse hereditas. Hoc ostendo auctoritate, & ratione.

330 Probo auctoritate, quia heres gravatus verè heres est, & ad eum pervenit hereditas, *J. fin. instit. de pupil.* eadem hereditas, quæ ad fideicommissarium spectat, verè dicitur hereditas, *tot. tit. instit. de fideicom. hered. l. 1. §. 1. 5. 7. 8. 9. 10. & locis penè innumeris.*

331 Dicunt esse hereditatem fideicommissariam, non tamen veram, & propriam. Respondet Osual. *7. com. 1. 5. lit. C. A.* Infinites, dicitur hereditas restitui, hereditas fideicommissaria, &c. Nec credendū sexcēties ferè proprietate vocis abusos Iurisconsultos.

332 Rectè: sed addo dividi hereditatem in directā, & fideicommissariam, sicut libertas in directam, & fideicommissariam, & sicut homo in liberum, & servum. Nunquid libertas fideicommissaria, est impropriè libertas? Servus est impropriè homo? Infinita hic possunt applicari. Hereditas fideicommissaria vera est hereditas, nec per additionem primi heredis desinit esse talis.

Probo etiam iuridica ratione: In maioratibus, 333  
 & fideicommissis frequenter exauditur, successores  
 ulteriores, post primo vocatū, succedere insti-  
 tutori, non verò ultimo possessori, & est vulg. text.  
*in l. vnum ex familia 67. §. 1. ff. de legat. 2.* sed ulteriores  
 vocati non succedunt, nec in patrimonium, nec in  
 hereditatē ultimo possessori; ergo succedūt in he-  
 reditatē institutoris. Mai. propositio est omnium:  
 nec minus communis minor, inest enim maiori:  
 consequentia est necessaria à sufficienti partium  
 enumeratione. Etenim excogitari non potest alia  
 successio vocatorum in gradibus ulterioribus, quā  
 vel in hereditatem ultimi possessoris, vel in here-  
 ditatem institutoris, sed non succedunt in here-  
 ditatem ultimi possessoris, ut est in confesso; ergo  
 succedunt in hereditatem institutoris, & per con-  
 sequens, axioma, quod hereditas semel adita, non  
 est amplius hereditas, non est firmum.

Testatoris voluntas in testamentis regit, & re- 334  
 gnat super familia, pecuniaq; sua, *l. ex facto 35. §. re-  
 rum, ff. de hered. instit. totum facit voluntas defuncti, l. si-  
 mili 12. §. fin. ff. de legat. 1.* Si testator purè aliquem  
 fecit heredem, adita hereditate fit patrimonium,  
 evacuatur, & amplius non est hereditas, quia hoc  
 voluit testator. Si autem cum onere restituendi,  
 secus est. Vult testator, quod ulteriores vocati ei  
 succedant. Ideò per aditionem primi vocati non

- 335 euacuatur hereditas, sed adhuc radicaliter manet  
 in cineribus institutoris, ut deficiente, seu deceden-  
 te primo vocato, vltiores vocati, ab institutore  
 accipiant hereditatem, & ei succedant. Etenim, qui  
 vult consequens, vult & antecedens. Vult institutor,  
 quod vltiores vocati, non vltimo possessori,  
 sed institutori ipsi, accepto ferant hereditatem; ergo  
 vult quod per anteriorum successorum aditionem  
 siue agnitionem, non eradicetur à suis cineribus  
 hereditas, quinimò vult ut ibi radicata maneat,  
 & inde vltiores vocati eam accipiant. Etenim  
 hereditas, etiam sine corpore, & ut nos sumus  
 interpretati, etiam resoluta cadauere, post mille,  
 & amplius annos iuris intellectum habet, ut ait  
 Papinianus *in d.l. so. ff. de petit. hered.* Semper est ibi  
 potentialiter hereditas, quando testator nollit ea  
 omninò exui: alias quomodo possent succedere  
 vltiores vocati, primo institutori?
- 337 Quin, & impulsu naturæ vltiores successores  
 grati, prout omnes esse debent, cineres, & monu-  
 menta institutorum venerantur, frequentant, or-  
 nant, ipsis accepto ferunt primogenia, eisque pa-  
 rentant, de quo latius dixi in *Apparatu, d.l. si is, qui  
 pro emptore* à nu. 349.
- 338 Deveniendò ad solutionem argumenti, quidam  
 auctor Fabrum notat: quia in verbis Pauli pro  
*aditione, reponit agnitione.* Hoc est verbis contende-  
 re,

re, nam quemodocumq; legatur, non euacuatur  
 vis argumenti. Et fortè per incuriam pro verbo *agnitione*  
 irrepsit verbum *aditione*. Quod facilè credi-  
 tu: tū propter affinitatē verborū. Tum quia cū hic  
 agatur de fideicōmisso, quod agnosci dicitur non  
 adiri, credi potest Paulum, verbo *agnitione* vsū:  
 amanuensem verò *aditione* reposuisse, eo quod Pa-  
 pinianus in d. l. 18. de stipulat. seru. verbo *aditione* vsus  
 est, quæ vox propriè conuenit illius textus speciei,  
 sicut verbum *agnitio* speciei huius legis Pauli, sed  
 hæc leuia sunt. Idem auctor laudando Fabrum re-  
 cedit ab eius sententia, & nos alia ratione recedi-  
 mus agrè ferentes ingeniosissimum virum con-  
 fugere ad ius singulare. Idem auctor affectans se  
 Fabro superiore, ait: Quod in specie huius tex-  
 tus, sit hereditas constitutionibus Principum, ad  
 quod probandum, plura vulgaria, nec satis firma  
 supponit. Primò enim falsum videtur, quod lex  
 12. Tabular. faciat hereditatem. Idem de lege Cor-  
 nelia, & idem de constitutionibus Principum. Na-  
 tura, quæ providet in necessarijs facit hereditatē,  
 tv remanet probatum.

Nec obstat Paulus in hac lege, quatenus habet,  
 quod lex Cornelia facit hereditatem, & heredem,  
 quia hoc facit in genere causæ disponentis, & re-  
 motæ, non verò in genere causæ efficiētis. Lex illa  
 tollit impedimentum seruitutis, & statim natura-  
 litè

litèr hereditas resultat ; eò modo , quo dicitur de manumissione, vbi dominus tollit impedimentum servitutis, & naturalitèr libertas resultat , vt exposui in *d. Apparatu* à num. 431.

34<sup>o</sup>

Deinde convincitur hic auctor auctoritate Pauli, dicentis , aditione fieri hereditatem , ergo si fit hereditas aditione, non fit constitutionibus Principum. Item in proposito est falsum fieri hereditatem Constit. Princ. quia castrense peculium respectu patris nunquã desinit esse tale propter Principum constitutiones , quod melius vidit Paulus, quam hic auctor multo verbosior, quã subtilis, & quod in proposito non fit hereditas, nisi aditione.

34<sup>i</sup>

Respondeo ergo, quod in qualibet hereditate, hæc considerantur. Voluntas testatoris, hereditas, & aditio heredis, quæ perficit hereditatem, & simul eam evacuat in puris hereditatibus ; fitq; patrimonium heredis. Nec insolitum, quod quarundam rei perfectio consistat in earum interitu. Hoc videmus in contractibus E. G. in venditione est contrahentium voluntas circa rem vendendam; item conventio, & pretij numeratio ; item rei traditio , per quam perficitur , & simul consumitur contractus ; si traditio non sequatur , imperfecta est venditio. Idem accidit in proposito : etenim, etsi demus voluntatè testatoris, & hereditatem, &

heres

heredem, si heres non adeat, non est perfectè hereditas, neque bona sunt hereditaria, sed vacantia, ut *vt tot. tit. C. de bon. vac. lib. 10.* in hereditatibus regularibus præcedit tempore voluntas testatoris, morte subsequitur hereditas iacens, postea aditione perficitur, & semel consumitur, fitque patrimonium heredis. In specie à Paulo proposita videtur, quod etsi voluntas filijfam. præcedat aditionem, non tamen præcedit hereditas, quia omne dominium peculij castriensis est penès patrem, nihil verò penès cineres filijfam. quæ est difficultas huius textus.

Dico ergo, quod in hac specie hereditas non 342  
 præcedit aditionem prioritate temporis, bene tamen prioritate naturæ. Nam aditione, in eodem instanti temporis fit, quod peculium desinat esse penès patrem, suscitetur potentialitas, seu hereditas filijfam. quæ erat præpedita iure pristino patris, & castrense peculium, fiat hereditas, & simul patrimonium heredis aduentis, quæ omnia etsi fiant eodem temporis instanti, nec possit inter ea excogitari aliqua temporis prioritas, excogitatur, & est prioritas naturæ.

Hæc possunt declarari ex doctrina D. Th. 1. 2. qu. 343.  
 113. art. 1. 3. 6. 7. & 8. & in 4. sent. dist. 1. art. 4. questiunc. 1.  
 qua vitur insignis D. Navarrus in *Can. Converti-*  
*mizi*, & in *can. Ecce, de penit. dist. 1.* Ita: iustificatio

impij, est remissio peccati, *art. 1. § 6.* ad eam requiruntur, gratiæ infusio: secundò, motus liberi arbitrij in Deum. Tertiò, motus liberi arbitrij in peccatum. Quartum, est remissio culpæ. Gratiæ infusio est prima causa, non tempore, sed natura in genere causæ efficientis, sic de reliquis, *vt art. 8.* Cæterùm detestatio peccati, & spes veniæ, interdum sunt priores etiam tempore, sed in genere causæ disponentis, & materialis.

344 Sic in proposito, simul, & eodem tempore concurrunt voluntas testatoris, eius hereditas, & heredis aditio, nec necesse est, quod aditione præcedat hereditas prioritate temporis. Quinimò, nec voluntas testatoris, cum eodẽ temporis instanti, quo testator decedit, post heres sciri se institutũ, & adire, cũ aditio cõsistat in sola volũtate, § *fin. inst. de hered. instit.* Regularitèr verò in genere causæ disponentis, siue materialis præcedit voluntas testatoris, & hereditas iacens prioritate temporis, quibus accedit aditio heredis, quæ simul esse possunt tempore, licet alia præcedat aliam prioritate naturæ.

345 Sed, & in illa vana fictione à iuristis decantata plus quã Giganto Machia hoc explicari potest. Fingunt illi heredem quocunq; tempore aduentẽ hereditatẽ censeri statim à morte testatoris adijisse, nec aliquod instans tẽporis admittunt inter mortem, & aditionẽ, ne detur aliquod interuallũ, quo

dominium interrumpatur, & confundi tempora dicunt; & necessario debent concedere, quod, & si hæc simul sint tempore, tamen prioritatem naturæ præcedat voluntas testatoris subsequatur, & accedat aditio, quæ simul sunt tempore, non autem natura. Eodem modo, exponitur §. i. *h. legis: fiatque hereditas post restitutionem*, in qua ordine naturæ versatur restituētis actio, passio materiæ primæ, se quasi exciētis, & agnitio, siue aditio heredis ab hereditate capiētis, quæ simul sūt tempore, non verò naturæ ordine.

Ex quibus elicio argumentum duodecimum principale pro mea sententia; & contra illam necessitatē à DD. consideratā inducendæ fictionis hereditatis, seu illam personam fictam, quam dicunt esse hereditatē, ut ipsi aiunt, ad continuationem dominiij, & quæ medio tempore adquirat, & curet parta tueri. 346

Arguo sic. In specie huius textus aditione fit hereditas, antea verò dominiū castrensiū, est penes patrem iure pristino, nec potest considerari instans aliquod absque domino, neque est necessaria illa fictio, quæ medio tempore conseruet dominiū, siquidē nullū tempus intercedit inter restitutionem peculij, & aditionem heredis. Ergo non est necessaria illa fictio, quæ dominiū continet, quæ curet parta tueri; Et tamen aditione fit hereditas; ergo non fit illa fictio inutilis; ergo illa fictio non est hereditas. 347

348

Nihil operatur hic lex civilis, nisi remotè, sed natura scrutata à billis Iurisprudèntibus maximis philosophis. Natura providit in homine mortali, duo illa principia, quæ voluit Deus esse immortalia, materiã scilicet, & formã, quæ per mortè separarentur, non perirent. D. Thom. 4. cõtra Gent. cap. 81. quæ simul unitæ constituerent suppositũ, siue personã, quæ separata, retineat quælibet in genere suo vices personæ: & materia, vtpotè principium receptivum potentiale; etiam separata ab anima retinet vices suas, & hæc est hereditas.

349

Ex quo infero: docentes testamenti factionem esse de iure civili, novã rationem quæsituros, si adhuc contendant. Nam quæ ab eis affertur de necessitate inducendi fictionem, cui prospexisse, dicunt, ius civile, falsa, & vana est,

350

Infero secundò: etiam ad vltiores vocatos in maioratibus, sicut aditione, siue agnitione, transit dominium bonorũ, similiter transire possessionem potentialem, siquidem institutor noluit omninò se exui sua hereditate, quæ etiam resoluta cadauere, & post mille annos, & amplius retinet dominiũ, & possessionem potentialem. Dixi in maioratibus, non verò in fideicõmissis, propter adducta à Gratiano, & ab eo relatis *discept. forens. cap. 47.* cum fideicommissa regularitèr detractionibus sint obnoxia.

351

Tertiò infero, tam primũ heredem, quã vltorio;

res vocatos, suis loco, & tēpore licitè posse aucto-  
 ritate propria, ingredi possessionē rerum heredita-  
 riarum, nisi aliud obstat, prout obstat solent tu-  
 torum machinationes, & aduocatorum cauillationes,  
 sicut vidimus Barcinone, dum hæc congere-  
 bamus, in maioratu maximi momenti; quod de  
 primo herede probatur in l. 1. cum glos. & communi  
 DD. C. de carbon. edict. plures allegat Castillo quotid.  
 controu. 3. cap. 34 à num. 5. Gratian. discept. forens. cap. 42.  
 num. 1. & 14. Ratio est, quia per aditionem, primus  
 heres, eam habet potentialitèr, seu in actu primo,  
 & nihil prohibet, quod actualitèr eam compre-  
 hendat, & habeat in actu secundò, seu actualitèr.  
 At, eo decedente, suscitatur in hereditate, cū cæte-  
 ris, quæ eius fuerunt, quæ omnia hereditas transfundit  
 in vltiorem vocatum.

Quartò infero: Andræam Tiraquellum, alio 352  
 qui virū varietate mira litterarū prædito, sed mo-  
 re Gallico, plus militum numero, quā ratione de-  
 certantem, in tractatu: *Le mort saisit le viu.* (quod  
 ita vertit: *Mortuus saginat viuum.* Hispanicè: *El  
 muerto engorda al viu.* Vnde abiit in proverbium:  
*Quien no hereda no medra.*) Non satis calluisse vim  
 illorum verborum, quæ certè, licet non sint adeò  
 ciuilia, optimè suum exprimunt effectum. Nam  
 absque aliqua fictione, vel suffragio legis, verum 353  
 est, quod mortuus saginat viuum. Mortuus enim,

354 siue cadauer, siue hereditas, quæ in eo latet, transfert in heredem possessionem potentialem, & reliqua iura, non lex, ut manet probatum: licet ipse cum cõmuni contrarium sustineat: quod de possessione actuali facillè concedam; eo modo, quo dico in *observat.* Saginat igitur mortuus viuum, non de iure statutorio, sed de iure cõmuni in sensu declarato, quia possessio potentialis est in hereditate, quæ illam transfert in heredem, *d. l. i. ff. Scavola, ff. siis, qui testam. &c.* Non secus, ac si quispiam inuitatus ab amico ad paratam cœnam, acceptans habet eam ab amico in actu primo, seu potentia proxima, & cõprehendens eam, naturalitèr cœnat, & eam habet in actu secundo: ita heres ad eundem habet possessionem in actu primo, & comprehendens naturalitèr fit possessor actualis, seu in actu secundo. Sed si non comprehendat, licet acceptet, neque actualitèr cœnabit, neque possidebit.

355 Sed contra dicta; quod cadauer siue potentialitas in eo latens est hereditas, arguo sic. Si illa potentialitas, quæ remanet in cadauere esset hereditas, sequeretur, quod omnes homines possent testari, sed hoc est falsum; ergo, & illud ex quo sequitur. Sequela est euidens, quia omnes decedentes relinquunt cadauer, & in illo eam potentialitatem quã hereditatem dico. Minor etiam est clara, ut apparet in *filijfam. l. qui in potestate 6. cum concord.*

*cord. ff. de testam.* idem in Monachis, & seruis; ergo cadauer non est hereditas.

Omissis, quæ plura sunt, traditis à legistis in hâc rem. Dico filiosfam. non posse testari; quia hereditas non solum est illa potentialitas nuda materiæ primæ ad resumendam suâ formâ, sed illa, quæ etiam accidentibus, tum dominij, tû possessionis, tum reliquorum iurium est affecta. Quæ ita affecta est, & dicitur domina est hereditas. Hanc filijfam. non habent, cum illarum rerum, seu accidentium sint incapaces. Non potest filiusfam. relinquere in cadauere, quod habet vicem personæ illud, quod non habuit in persona. Ideò cum filiusfam. viuens non sit dominus, non potest decedens relinquere illam potentialitatem dominam, & per consequens non potest testari.

356

Neq; obstat, quod paterfam. qui bona non habet testari potest, vt not. DD. per text. in *l. s. si hereditatem, 32. ff. mandati, ff. ad l. falcid. l. 4. ff. ad S. C. Trebell. l. 119. ff. de v. s.* & quod ideò pupillus delatam sibi hereditatem absque tutoris auctoritate adire non potest, quia hereditas interdû plus habet damni, quam lucri, §. 1. *inst. de auct. tut. fac. l. more 8. ff. de adq. hered.*

357

Quantum se inuoluant legistæ in his argumentis, certè leuibus dissoluendis, apud classicos videre licet. Alij recurrunt ad historiam, considerando

358

testa-

testamenta; quæ fiebant *calatis comitijs*; quæ filiusfam. convocare non poterat, nisi consentiente patre, alias imminueretur ius patriæ potestatis. Et quidam Neothericus vocat hanc rationem novâ, & speciosissimam. Item considerant testamentum, quod huic successit, & dicebatur per æs, & libram. de quo Ulpian. *in fragment. tit. 20.* Alij confugiunt *ad l. 12. tabular.* quæ tantum permisit patribusfam. testamenti factionem actiuam: & spatiantur per leges *Falcidiam, Furiam, Corneliam, Caniniam, &c.* imponuntq; legi *12 tabular.* quod tantum de patribus est locuta, & ad hoc probandû allegant exoticos auctores, vt simul se antiquitatis scrutatores, & omnium litterarum peritos ostendant, & nihil concludunt. Etenim semper petemus ab eis principiû, & cur de filijsfam. non est locuta lex *12. tabul.*

359 Respondeo: Patremfam. & si actu bona non habeat, non esse incapacem habendi: filiusfam. incapax est. Illa capacitas sufficit patrifam. ad testandum, filiusfam. ea caret, & sic testari non potest.

360 Hoc capiet quispiam, & si iurisprudentiæ tyrocinium non egressus, si capit mentem § *sed & illud, inst. de adopt.* vbi dicitur: quod spadones possunt adoptare, non verò castrati. Et ratio vera, & communis est, quod spadones non sunt incapaces generandi, secus castrati. Nostram solutionem, tradit Barth. quem & alios antiquos habent nouio-

res in Mulæis, & allegāt *dicis* *gratia* se delectātes cū recentioribus verba tantum captantibus, & sine mente sonantibus, & iam iam in angulum reijciētes Crijat. Valent. & Osuald. vt metaphysicos nimium, quo etiam morbo laborare vidi canonistas respuētes illum omnibus numeris absolutum Theologum, & Iuriconsultum D. Martinum ab Azpilcueta Nauarrum, quem merito præceptorē habuisse gloriatur doctissimus Præses Couarrubias; quibus præcipuè accepto ferimus, quale quale id, quod in iure canonico profecimus nemini autē videntium, quos agnouimus, quicquam commendatione, vel gratitudine dignum, quod sciamus.

Et hæc sufficiant de hac lege, & pro canonistis, erga legistas, qui se venditant subtilissimos, nos autem grossos appellant, ex eo capite, quod ipsi plus fingunt: quod quando se captos vident respondeant; contra eos dicta procedere de rigore iuris, eorum verò pronuntiata procedere de æquitate, siue iute singulari, neutri reddentes aliam rationem. Quia ius singulare, apud aliquos, est neruosissima ratio ad eludendam omnem iniuriam; ius inquam singulare, quod proavi nostri non audierunt, avi non viderunt, & parentes parce gustarunt.

Cæterum cum tam possessio, quam dominium, de quibus est tota concertatio, ad eò ad nihilum


accedant, vt non satis apud aliquos constet, sine  
 aliquid reale, vel rationis: ideo noster appetitus  
 dirigendus in illam possessionem veram, & æternam,  
 quæ summi, & veri Dei est fruitio, ad quam  
 nos omnes, quos vnicus eius Filius suo precioso  
 sanguine redemit, ipse perducatur, Amen.

## LAVS DEO.









ANT  
607